WBP
Opole
2848 II

HISTORIA
Illuſtriſſimæ Domûs
SAPIEHANÆ
Ab Origine & Antiquitate ſua
Genealogico ſyllabo
Per glorioſos Heròùm ejuſdem
ac connexarum Familiarum
Progreſſus
in præſens ſæculum
deducta.

Authore R. P. ANTONIO ALOYSIO MISZTOŁT Societatis JESU AA. LL. & Philoſophiæ Doctore, in Alma Academia & Univerſitate Vilnenſi Soc: JESU Ordinario Metaphyſices & Ethices Profeſſore, nec non Philoſophicæ Facultatis Seniore.

VILNÆ Typis Univerſitatis, Societatis IESU, Anno Domini 1724.

Pauciora in Annalium Scriniis, quàm in Veſtræ Domûs Titulis Cognomenta leguntur.

Caſſiodorus.

Dat Domus Hiſtoriam: totoq; legetur in Orbe

Pedo: Albinovanus.

- - En Omnes & Tròés & Arcades hîc ſunt:
Omnis honos illic, illic ingentia certant Nomina.

Statius.

Armorum fæcunda Domûs *Barlæ9.*

Si dubitas, hoc, ipſe Deo da Stemma legendum:
De cælo, Magnum, Maximus ipſe leget.

Sarb: in Epigram.

Pendent innumeris faſtigia nixa Columnis.

Propertius.

Illuſtriſſimo Domino D.
ANTONIO CASIMIRO
SAPIEHA
Comiti in Bychow, Zaſtaw, Dąbrowna, Hory, Horki, & Łojow,
Capitaneo Merecenſi &c:
Tribunalis M. D. Litvaniæ
Supremo Mareſchallo,
Domino & Patrono colendiſſimo.

GRandeſcentes in ſæculorum molem SAPIEHANÆ Proſapiæ Annales, quibus

bus à rerum capiendarum magnitudine Palæmonius Orbis in volumen abiit, in hanc HISTORIAM, *velut Iliadem in Nucleum, inclusos; Tuo subjicio Iudicio* SVPREME LITVANÆ THEMIDIS ARBITER, ILLVSTRISSIME MARESCHALLE. *Posteaquàm enim Litvanam Historiam, Iam Pro-avo* CASIMIRO LEONI SAPIEHA *Pro-Cancellario M. D. L. jam Avo Tuo* CASIMIRO SAPIEHA *Palatino Vilnensi, & Supremo Exercituum Duci, æternâ memoriâ dignissimis dicatam*

à Notatore gestorum Litvanæ Gentis Historiographo legerim; illa nomina hoc libro celebranda assumpsi; quæ in rem eruditam propensa, postquàm Annales Patriæ suo Honori inscriptos recepissent; Ipsi maxima pars Historiæ effecti, actis fastos implevêre: grandem & suorum & Celsissimæ Prosapiæ suæ gestorum porrigentes Historiam. Non alteri interim (licèt Celebratissimos è Celsissima SAPIEHANA *Domo Literarum Auspices & Patronos præsens æstimet sæculum) nisi Tibi hanc paginam consecran-*

dam

dam duxi: cùm enim illi inaratum meritum totius ILLVSTRISSIMÆ Domûs Tuæ legitur; Tu ex æquo Supremi, in Regali Brachio Officii Præses decides; quæ tantis meritis respondere debeat gloria, hoc est, nisi mortalitatis interveniret ratio; ex Instituto ipsius Iustiniani, quem in Te Palæmonio Areopago exhibes; Immortalis. Meritò quidẽ temerarii ausûs convictũ hoc volumen, à Iudiciaria Tua condemnandum foret sententia, quòd à sublimi COLVMNARVM celsitudine, & Cælis usq; contiguo Avitæ Sagittæ ductu, glorioſissimam ILLVSTRISSIMÆ Familiæ Lineam, per Vniversum propè protensam Orbem; angusto pennæ metiatur limite; verùm cùm & grandis sol in exiguum Speculatoris Tubũ, & spatioſi Orbis sinus sub coarctatum Archimedis circinum aptè combinentur; grandem hanc Actorum & Rectefactorum CELSISSIMÆ DOMVS Tuæ seriem, in tenuem Voluminis collectam syllabũ, non in tanta præsentari magnitudine ut par est; extra injuriæ documentum erit; absolvesque â temeri-

meritatis nota, illâ Clementiæ & Gratiæ Tuæ moderatione; quâ etiam rigidiora causarum negotia temperare soles. Quanquam enim inter cõmunes Populorũ voces IVSTVS feraris ANTONIVS; agnata Tibi interim temperie & svavitate Morum, rigores in bilance Clementiæ & Iustitiæ appendis. Et dum ad meritum causæ decidens, ac velut è Tripode sententiam ferens, audiris IVSTINIANVS; etiam inter rigidiora decreta mansvetior celebraris Gratianus. Hoc quippe commune SAPIEHANO Nomini est, magis

gis erga Cives Patriæ abundare gratiis, quàm terroribus: & cùm Herôés Invictæ Tuæ Domûs, Terror sint hostium; Amor simul Civium, continua æstimantur indagine, ut iidem jam tremendi inter Gradivi molimina, belli Imperatores; jam Gratiosissimi inter Pacis otia spectentur Dynastæ. Tu Heres meritorum Domûs Tuæ hanc observas legem, quæ inquilina semper SAPIEHANÆ Prosapiæ, etiam inter ipsas Iustitiæ Leges gratiarum decreta scribit. Stipata hoc comitatu è cœlis in terras Iustitia, Te summo

Iu-

Iudiciorum Arbitro iterum post interpolata Iudicia descendisse observatur: & tum vitam se sensit accepisse, dum suprema Tua potestate omnem sustulisti corruptionem. Miratur se ipsum Litvaniæ Areopagus, quòd Clementinas Leges inter Iustiniani Sancita legat, tantumq; Tibi Supremi Tribunalis Directori, quantum primo Institutori Bathoreo Sors Litvana in causas veniens debet; cui Manum Tuam pro basi supposuisti. Ad hanc Æquitatis legem Historica hæc, quam propono, deflectit narratio; ut in æquissimi Iudicii bilance, quâ Palæmonium Libras Orbẽ, cum Meritis ILLVSTRISSIMÆ DOMVS Tuæ appensa, inveniatur plus habens. Addes pondus veritati ad Libram Tribunalis Regii Superarbiter & MARESCHALLVS, Cui perennaturam ætatem apprecor.

ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ,

Cliens infimus

ANTONIUS MISZTOŁT
Soc: JESU.

AB-

APPROBATIO.

Illustrissimi ac Reverendissimi Domini D. BOGUSLAI CORVINI GOSIEWSKI Episcopi Acantensis, Administratoris Sede Vacante Episcopatûs Vilnensis.

OBlatum nobis Librum sub titulo *Historia Illustrissimæ Domûs SAPIEHANÆ* à R. P. Antonio Misztołt Soc: JESU, conscriptum, quia in eo nihil invenitur dignum Censurâ; imò multa ad eruditionem & notitiam necessaria scitu, qui perfectam relationem gestorum anteactorum habere cupiunt, reperiantur: ideò eundem Librum prælo mandandum esse duximus: uti quidem Authoritate, quâ hic & nunc in hac Diœcesi fungimur, ut typis vulgari possit, concedimus. Datum Vilnæ Anno Domini 1724. die 27. Martii.

BOGUSLAUS CORVINUS GOSIEWSKI
Episcopus Acantensis, Administrator
Episcopatûs Vilnensis m. p. L.S.

FACULTAS R. P. Provincialis.

CUm Librum, qui inscribitur *Historia Illustrissimæ Domûs SAPIEHANÆ*, à P. Antonio Misztołt Nostræ *Soc:* Sacerdote conscriptum, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem fructuosè edi posse judicaverint; potestate mihi facta ab Admodùm Reverendo Patre Nostro Michaéle Angelo Tamburino præfatæ Societatis Præposito Generali, concedo, ut typis mandetur; si iis, ad quos pertinet, videbitur. In cujus rei fidem, has literas manu propria subscriptas, sigilloq; officii munitas dedi. Vilnæ 24. Martii Anno Domini 1724.

LADISLAUS DAUKSZA S. I.
Præpositus Provincialis Lituanæ
Provinciæ m. p. L.S.

HI-

HISTORIÆ SAPIEHANÆ
Pars Prima
De Primis SAPIEHANÆ Domîs Heroibus, præcelsoq; exordio, ac affinitate eorum.

MAgnorum Nominum investigare originẽ; idem est, ac latè diffusorũ fluviorũ scrutari initia: quorũ si fontẽ primamq; scaturiginem vestigaveris, in Oceanum incides, ab eodem va-

ſto ſinu primos legendo paſſus, in quem ultimi deſinunt. Hanc quippe in ſe habent meritò obſervandam excellentiam ſublimes tituli, ut à ſublimitate incipiant: & illæ Domus, quæ lati-claviis honorum, præcelſis dignitatibus, in progreſſu, & ætatum ſerie æſtimantur; perſæpe in pari fundantur celſitudine: hanc *ulterioribus* temporũ ſpatiis conſervantes Majeſtatem, quã ab initio prælatæ fabricæ ſubſtruxerant. Ita mihi penitiùs indaganti SAPIEHANÆ Domûs initia; grande aperitur Honorũ, ac pervetuſtæ Familiæ pelagus, ſinus ſuos ad Summorũ Pontificũ, & Auguſtiſſimorũ Cæſarũ protendens faſtigia. Prima ſcilicet Nominis SAPIEHANI Origo PUNIGAYLO Caſtellanus Trocẽſis eſt: cujus dum ſuperior antiquæ ac

Privileg: Cõfirmat: Stem: Lis 1512.

per

per Ducales tiaras deductæ proſapiæ Linea ad Vitenem Magnũ Ducem Litvaniæ; ab hoc ad Proſperi Cæſarini & Publii Palæmonis è ſtirpe Columnarũ, in terras Litalaniæ allatorũ Ducum, Principem progeniẽ dilatatur; in Columnarum Domo initia ponit, quæ orbi nota, multa Pontificũ, Imperatorũ & Principũ in ſe celebravit & exhibuit faſtigia. Domum quippe Columnarum in Italia præclariſſimam, multi Authores, ab Origine, faſcibus, & præclara Honorum ac titulorum indagine exornatam deduxerunt; ſunt qui illam ad Herculeas Columnas extendunt: in his primam baſim tam præcelſæ ſtructuræ ponentes; Herculẽ primum Satorem & Authorẽ Columniadarum ſtatuendo. Alii Carolo Magno Imperatori initia hæc adſcribunt:

Teſſier verò Gvelfum Ducem Bavariæ è Gente Columnarum inter exordia illius ponit: à quo Petrum Columnam Comitum Colornienſium Authorem, producit. Ex quibus Burgrabii Norimbergenſes, & ab his Sereniſſimi Electores Brandeburgici ſuam extenderunt originem. Verùm ſi Joanni Creſcentio ejuſq; hiſtoricæ veritati inſiſtendum; (ut ille in Corona Nobilitatis Italiæ refert) ſatius Trajano Imperatori adſcribenda hæc initia, qui admirando opere Columnam, inter Romana illa ad orbis quondam ſpectaculũ propoſita mœnia, erigendo, & ſtemma, & Nomen Poſteritati Columnarum indidit, Oppidumq; cum arce & ſimili columna ejus heredibus attribuit. Præclaro hoc ſui exordio illuſtrata ſtirps Columnarum, eti-

etiam in ſuccedaneo ſæculorum celebrata & ſublimata honore extitit. In hanc Familiã, Spernero teſte, reducuntur Xiſtus, Marcellus, Hadrianus III. Martinus V. Stephanus VI. Pontifices Romani; plurimi Cardinales, Vice-Reges Aragoniæ & Neopolitani, ibidẽq; Coneſtabiles hereditarii: in quorum familia primus eſt ſemper Eques Aurei velleris, primuſq; Princeps Solii Pontificii. Conſangvinitatis excelſa Suffragia cum ſupremis in Europa Familiis illam conjunxêre. Eſt inter Columnarum Domûs decora, antiqvo Prædeceſſor, qui Conjugali fœdere inito cum Alberti Auſtriaci Imperatoris Filia, (poſtmodùm Andreæ Regi Hungariæ & Venetiarum Principi nuptâ,) etiam ad Imperatorios faſces ſuam provexit

per affines nexus, Progeniem. Paria his titulis etiam hereditario jure transcripta respondent bona. Ducatus Paliani, Principatus Palæstrinæ, in Latio Paliakozzi & Corvari Ducatus, & Principatus Castillionis & Sonnini; Principatus Buteræ in Sicilia, Ducatus Bassanelli, Principatus Corboniani & Gallicani è Linea priùs Ducum de Zagarolo in sortem hereditariam Columnarum cessêre. His initiis innectens stirpem suam *Prosper Cæsarinus* & Publius Libo Proto-Parentes *Celsissimæ* Domûs SAPIEHANÆ, non jam cum associatâ sibi manu inter Litvaniæ sinus; verùm & ad Latiũ, olim Orbis Universi decus, suum protenderunt Nomen, & titulos ampliârunt. Ex his scilicet primordiis Nati Bellicosissimi Duces

Kojalowicz p. 1. l. 2.

as-

associatis animis, & unanimi fœdere conjuncti; Venedico Mari in Curonensem sinum, atq; deinde ad ostia Nemeni delati, adverso fluvio in Samogitiam & Alaniam, seu Litaliam, & ut nunc dicitur, Litvaniam penetrârunt. Quorum hæc fuêre Nomina: Palæmon, seu Publius Libo Gente Columna, Italus, Julianꝰ Dorsprungus armorum Centauri; Prosper Cæsarinus Columna, Ursinus & *Hector* Rosæ, seu Rosorii: Omnes è Columnarum progenie sati. Palæmon quidem & Dorsprungus postquam ad Ducales Clavas & Imperium Litvaniæ suam posteritatem provexissent, longâ sed præcedaneâ temporum serie inter Litvanos resplenduêre fasces. Prosperi verò Cæsarini, Posterior ætas, Familiam inter Duces numeravit; ex qua

&

& Jagellonica Domus in Regnum Poloniæ, & ampla Principum Regumq; ſeries in orbem prodiit. Hic etiam SAPIEHANÆ Celſitudinis in recta linea Prædeceſſor, hujus hiſtoriæ ex tantis primordiis, Fons & Caput eſt.

Privil: confirmationis Stem: Lit 1512.

Proſper Cæſarinus Gente Columna DOMUS SAPIEHANÆ *AVTHOR.*

Primus in ſerie præſentis deductionis venit Proſper Cæſarinus, qui Gente præcelſa in Italia Oriundus, etiam in Litvania per poſteros ſuos, pares diviſit faſces; eos in Domum SAPIEHANAM cum Coronis Imperatorum, Sceptris Regum,

Regum, Ducum tiaris, plurimorũq; Senatoriæ Dignitatis Procerũ Subſelliis inferens. Prima moderandæ Litvaniæ ſors in primum è Columnarũ Domo Publium Libonem cecidit, quæ alternis viciſſitudinibus cum Dorſprungi Poſteris, in varios eorum Succeſſores delata, tandẽ in Proſperi tranſiit Familiam, è Ducib9 Litvaniæ SAPIEHANAM deducens Celſitudinem. Mortuo ſiquidem ad Annum Domini nongenteſimum Litalaniæ Principi, communi omnium ſuffragio ſucceſſit Palæmon, non incongruâ ad admirationem ſorte, quòd ad exterũ & hoſpitem in ſuis terris Principem Patriæ ſalus, ejusq; regimen devolveretur. *Nec immeritò: Excitatis ſiquidem tumultuario opere munitionibus, eximii hi Advenæ præſidia impoſuerunt* (ùt ait Kojałowicz,

hiſtor: Litv: p. 1. l. 2.) *ut incolarum impetus, ſi fortè vim hoſpitibus novis admoverent, ſecuriùs ſuſtineretur. Humanitate deinde, cæterisq; pacis artibus ad vicinorum animos pertentandos conversi, facilè perfecerunt; ut æquo ſecum jure agros ab advenis coli, haud gravatè & abſq; injuriis paterentur, omniq; belli jure in eos abſtinerent. Iam creſcebat in dies potentia; jam valida, jam vicinorum cuiq; bello par erat, neq; tamen convaleſcentes in vicino alienas opes quiſquam Litvanorum, aut tanquam ſuſpectas formidare, aut tanquam hoſtiles oppugnare. Ingenio enim, agendiq; dexteritate utebantur Itali; ut res ſuas domi ſatis firmatas haberent, & apud ſocios extra invidiam & ſuſpicionem. Imò exigui temporis commercium advenas atq; incolas in unum planè confudit: nam non modò communem*

Rem-

Rempublicã uterq; populus eſſe ſibi voluit; ſed etiam ſub Imperium advenarum ſponte Litvani conceſſerunt. Quemadmodum igitur aliquot poſtea ſæculis Theutones armis Livoniã, ac deinde alii Pruſſiã ſibi aſſeruerunt; ſic Itali Litvaniam induſtriâ ſingulari, morumq; humanitate. Ita prodigioſa fatorum viciſſitudine, cùm Septemtrionales gentes Italiam bello & armis protunc laceraverent; Itali humanitate earumdem populares domi ſuæ expugnaverunt. Occupati enim eorũ virtutibus animi Litvanorũ, non amare modò, ac colere jure hoſpitii atq; ſocietatis exteros; ſed etiam honorare cœperunt. Tradita itaq; ad gubernandum ſors univerſorum, etiam in poſteros Palæmonis eadem deſcendit, ſiquidem illius faſces prehendit, Borcus, Cunos, Spera, Kiernus circa 1040. Annum: jam verò

Ringoldus, Mendogus, Troynatus, Woyſielcus ſeu Swintorogus, poſt annum 1200. è ſtirpe Palæmonis Litvaniæ regimen, & gubernium poſſedêre. E Dorſprungi poſteris Ziwibundus, Kukowoytis, Utenes prope annum 1227. Item Swintorogus, Giermondus, Giliginus, Romundus, Trabus, Narimundus, Troydenus, Rimundus, aliàs Laurus ſeu Laurentius Troydeni filius, Imperio admoti ſunt. Tandem circa annum 1283. ad *Proſperi* Cæſarini Lineã rediit Ducum Litvaniæ & imperandi poteſtas. Vitenes ſiquidem è Proſperi Cæſarini deſcendens Familia, ad annum Milleſimũ ducenteſimũ octogeſimũ tertiũ Dux Litvaniæ renuntiat9, poſt ſè plures in eodẽ honore & titulis è ſua proſapia numeravit. Gediminus etenim Vitenis

nis Filius poſt Parentis obitum, Principatum obtinuit: poſt hunc Jawnutas Gediminiades, dein Olgierdus pariter Gedimini filius, tandem Jagello, tum Caſimirus & Skirgayło, Alexander Primus, Witoldus Kieyſtutiades, Boleslaus Primus, Swidrigayło Olgierdiades, Sigiſmundus Primus, Woydatus Kieyſtutiades, Caſimirus Secundus Jagiellonides. Alexander Secundus Filius Cæſimiri, Sigiſmund9 Secundus ejuſdẽ Caſimiri, Sigiſmundus III. dictus Auguſtus Sigiſmudi II. Filius. Hac ſerie & ordine Duces Litvaniæ, è Proſperi Cæſarini Linea, ſuã Originẽ deducentes, inter Regales Poloniæ & Ducales Litvaniæ reſplẽduêre purpuras. Quibus etiam innexa SAPIEHANA Sublimitas, à Narimundo Gediminiadâ directè deſcen-

 dens,

dens, eâdẽ gaudet Celsitudine, ad quam sublimata est Gediminia propago, & Jagellonia series. Ut verò expressior monstretur ordo Ducalis honoris descendẽtis in Cæsarini Familiam; ab Authoribꝰ superioris sæculi hic exprimitur. Postquàm Publius Libo seu Palæmon Dux Litvaniæ, à suo Nomine condidisset civitatem Liba, à qua postea regio tota sat vasta & notabilis dicta Libonia, nunc autẽ Livonia; & aliã ad memoriã gentis suæ erexisset *urbem dic*tam Romam novam, posteriori autem tempore Romnovam; & tertiam ab infelici sorte Erragolam, hoc est errantium Coloniam: tandem gestis & peractis multis bellis, cum Jantvingis, Russis, Polonis, emenso annorum curriculo & vitæ tempore, è sua progenie in Ducatum Litvaniæ

niæ suffecit Borcum, Speram, & Cunassum, seu Cunam. Hi obtentâ ac possessâ Samogitiâ ac Litvaniâ, Successorem in Samogitia Gimbutum, in Litvania Kiernum habuêre. Gimbutus in hæredem sui Ducatûs adlegit Zivibundum ex Familia Juliani Dorsprungi, elocatâ illi in Conjugem & Consortem vitæ Pojotâ Filiâ, in dotem tribuens Litvaniã integram, ejusq; ditiones. Samogitiæ *Duc*atum rexit postmodùm Montwiło, cui post fata surrogatus Filius ejusdem Vikindus, subsequenter Erdivilus, tandem Mingayło Princeps Novogrodensis, relictis Filiis, Skirmundo, & Ginwiło. Post fata Zivibundi è Linea Dorsprungi, qui arma sua Centauri, Columnis adjunxit, in Ducẽ Litvaniæ suffectus Filius ejusdem Kukowoytis, Parens

rens Utenis. Post hunc Ringoldus, Primus Magnus Dux dictꝰ à Gimbuto Palæmoniade descendens, & iterum ad Palæmonis stirpẽ fasces Litvaniæ referens. Tandem Swintorogus, Skirmundus & tres ejus Filii Lubartus, Pissimundus, & Troynatus, successivè administrârunt Imperium, & Regimen Universæ Litvaniæ. Post hos Ginwiło & Borys Princeps Polocensis, Primus in ordine Principum Christianus, assumpti ad moderamen. *His verò succe*ssit Richol*dus* Princeps Polocensis, Pa*r*ens Sanctæ Praxedis, & Divi Principis Hlebi, ex cujus Linea processit Sancta Euphrosyna Usessawa Principis Polocensis Filia, Hierosolymis, Año Domini millesimo centesimo septuagesimo tertio, die vigesima tertia Maji demortua. Ad extremum

Kajalowicz, in Miscellaneis

mum Troynati Filius Algimundus Dominium assumpsit, sed post breve vitæ spaitũ imperiũq; Ringolto à Gimbuto Palæmoniade descendenti jus ac Principatũ tradidit; Qui Svintorogi Tutor, eundem hereditate & gubernandi potestate spoliavit. Tandem Mendogus Primus ab Innocentio IV. coronatus Rex Litvaniæ eidem præfuit, verùm Apostata perfidus hoc titulo se privavit, *cum* duobus filiis suis Ruclio & Repica per submissos Troynati & Doumandi Sicarios in lecto confossus, pœnam perversitatis tantæ luit. Nepos itaq; ex Sorore Mendogi Troynatus, scelere Avi trucidati & occupatæ armis Reipublicæ posteris notior, quàm reb9 gestis, novam ad Principatum ingressus est viam. *Hactenus enim Principi vitâ*

fun-

fũcto eũ in Rep: ſuffici mos erat, cui juris hereditarii præjudicium, ſubditorumq; ſtudium ſuffragarentur, at jam quæſitus priùs eſt Principatus per injuriam nepotis pupilli, nunc verò etiam Principis cæde, brevem interim dominationem hic Princeps non verſo anno abſolvit, eodẽ dejectus paſſu, quo aſcenderat. Volſtinicus ſiquidem ſublato per violenta fata Troynato, è Monaſterio, Procerum & populi ſtudiis promotus ad Imperium, & demum exhauſtâ funeribus Palæmonia gẽte, Principatum in Familiam Juliani Dorſprungi Armorum Centauri tranſtulit Swintorogus nonagenarius Senecio; Magnus Dux Litvaniæ à populo univerſo receptus & proclamatus. Cui poſt fata ſua ſuffect9 Girmundus, huic Giliginus & Trabus Filii, prior in Litva-

tvaniæ, alter in Ducatum Samogitiæ ſucceſſere. Ad Litvanum Imperium Romanus in Giligini locum ſucceſſit, pòſt Narimundus major natu Filius Trabi, alter ab illo, qui in recta linea SAPIEHANÆ deductionis ponitur: ille enim Gedimini, Dux Pinſcenſis & Ducum Rożyńſciorum ac SAPIEHARUM Caput, hic verò è Patre Samogitiæ Gubernatore Trabo aſſumptus ad faſces, unum Fratrem habuit Holſza, Principum Holſzanenſium Proto-Parentem, ex qua Familia ultim9 fuit Paulus Epiſcopus Vilnenſis; alterum Giedruſum, à quo DucesGiedroycii, & ex hac ſtirpe ſuccreſcens ſurculus Divus MICHAEL Giedroyć non ignotæ Sãctitatis & exiſtimationis: Tertium demum Dowmontum, cui Duces Swier-

scii & Siesiccii suam debent Originem. Narimundum sterilẽ & improlem subsecutus inter Litvaniæ Duces Troydenus, qui adoptato in filium Vitene à Daumonto fratre, (ille enim ipse quarta fuerat Trabi progenies) occisus, Laurum Monasticam vitam Professum, contra vota, quia invitum & reluctantẽ, à longè, toto jã Orbe distans, extra mũdum constitut9, vidit, & invidit, succedentem. Ad fasces igitur & secures promotus, *Patris sui intem*dens tristia ulcisci fata, Daumontũ è *wivis* sustulit, suffectoq; demum in locum suum Vitene adoptivo fratre, iterum claustrales repetiit sinus, Victor hostium, & sui ipsius eximi9 Triumphator, haud procul Novogrodeco ad ripas Nemeni fluvii inter Monachos constanter in ultimum diem su-

Paprocki, & Kojałowicz.

sceptam vitæ rationem tenens. Soror interim ej9 vel à Parente, vel certè à fratre elocata, nupsit Boleslao Masoviæ Duci. Et hæc est series Principum è Familia Dorszprungi & Palæmonis, per sortis vicissitudines & ima, ad sũma Imperii Littavorũ ascẽdens. Demùm ad Vitenem è Gente Columna Prosperi Cæsarini Regimen delatum, & ad Jagelloniam ex eadem stirpe descendentem Pro sapiã protractum, SAPIEHANÆ Domui multas adjunxit Regum, Principum, & Cæsarum Affinitates.

VITENES

è Familia Prosperi Cæsarini Magnus Dux Litvaniæ Abavus Punigaylonis SOPHIA dicti.

Translatus in Familiam Troydeni de consensu Præcellorum Parentum, Lauro

ro Auctore Vitenes; omniũ votis Magnus Dux renuntiatus ad Annum millesimum ducentesimum octogesimum primum, inter Eiragolios (Samogitiæ populus est) ut pleriq; ejus regionis Procerum, ipse à Cæsarino Columna retrò hàc ducens genus. Necdum florentes emẽs9 aristas, aggress9 calcanda viris vestigia magnæ indolis, in prætexta ostendit, quæ erat acturus in toga trabeatus, integro successorum zodiaco serenissim9. Quatuor sæculis ex illi9 progenie, feminarum etiam *ratione* habitâ, duodecim numeravit Magnos Duces Litvania; hanc Littalani orbis è duodecim stellis coronam, ultimus Aviti sangvinis Heres JOANNES CASIMIRUS Rex Poloniæ concluſit, in gloria & requie ſubditorum. Alta ab Origine hic

Kojałowicz. Hiſt: Lit: p. 1. l. 6.

Petrus à Duſburg.

hic Princeps procedens etiã in Parentis effulſit honoribus, Lutuwero ſcilicet Rege Lethoriæ, ſeu (ut Livonic9 Hiſtoriograph9 vocat) Utinero, & Mendogâ Troydeni Filiâ sat9, colligatos faſces ab hoc Progenitore ſuo in Litvaniæ Imperium tranſtulit, futurum longævâ annorum ſerie in poſteris ſucceſſivum. Id enim eſt honoris beneficium, ut unius merita in plurimis coronet ſucceſſorib9: pejor quidem ſæpè nefaſtis progenies avis ſuccreſcit, & in nepotib9 præpoſtera vitæ actio illuſtriũ titulis Progenitorum obfuſcat gloriam; Amor interim, quem Reſpublica erga heròés ſuos etiam extinctos fovet, illam obliterari in longa progenie heroum non permittit, ut conſervata intra eoſdem penates dignitatum conſtans ſeries, ad æqualẽ

f. 323.

Præ-

Prædeceſſoribus in Patriam cultum, & Univerſorum ſalutis obſequiũ, gratam excitet poſteritatem. Ita Ethnici licèt hujus Principis, etiã Orthodoxus Orbis ſuccedente ætate, Nepotes ſacra excultos fide, ſanctè coluit. Non tam ille vitæ probitate, quàm heroicis actibus qui (etiam perverſitati morum ſe ſe adjungunt comites) hæc à Patria promeruit, ut tanti æſtimaretur in ſuæ Familiæ poſteris; ipſe enim ob blaſphemas in *DEUM & Sup*eros voces, (ùt hiſtorici notat penna) punit9, & eâdẽ luce quâ injurioſus in Divos & ſacra Vaſa bello à Chriſtianis ablata nefandè irruit, ab hoſte cæſus, & probrosè profligatus eſt. *Quâdam enim die dum per otium præda ex hoſtibus reportata obſervaretur, fortè ſpectantibus captivis prolatum eſt*

eſt argenteũ vas ſacroſanctũ, DEI Incarnati Corpori aſſervando, Chriſtiano ritu ſacrum. Exhorruêre Chriſtiana pectora profanatorum ſacrorum & reverentiâ & dolore. At Ethnicus ipſa Sacra Myſteria in terram cum indignatione effandere, conſpuere, pedibus proterere, totq; ac tantas contumelias ſacrilegis inſuper jocis onerare; urgere acriter captivos? qualem Deum colerent; Eum ſcilicet, qui neq; ſibi, neq; ſuis ab injuria vindicandis ſatis virium haberet. Non diu violatum impiè Numen tanta ſacrilegia inulta tulit. His enim ſub Veſperam actis, proximâ luce ſub auroræ tempus à Crucigeris Litvani cincti Duce Henrico de Plock, non pauci cæſi, plures in fugam acti, Vitenes graviter in capite ſaucius, atq; læſus in cerebro, amiſſis Caſtris & Exercitu, ſolis duob9

comitibus ægrè hoſtem & fugæ pericula evaſit. Bellis interim ille aptam gerens indolem, multa exegit bella, non paucas victorias, olim uno conflictu triginta ſex millia *Polonorum* in captivitatem mancipans, cedentibus in ſingulos milites viginti capitibus, cùm plures in Bzuram illati, aquis non ubiq; vadoſis haurirentur. Et ob hæc, ac plura ejus Heroica acta, quàm Hiſtoriæ Litvanæ enarrant, æſtimatum *illius* Honorem *Univerſæ Patriæ* exiſtimatio in progenie ad faſces *continuos* extulit, & longa ſerie inter coronas ac Regias curules *ejus* Familiæ *Suprema* capita numeravit; quæ à Giedimino, illiuſq; ſtirpe prognata dũ plures ad Thronũ Sarmatiæ & Litvaniæ Imperium provexêre, multos etiam Principum Familiarũ Au-

thores

thores effecêre, ita ut etiam SAPIEHANAM Celſitudinem ex hac radice prolatam in eodem Ordine repoſitam habuerint. Mihi verò non per acta & heroicos actus Vitenis decurrenti (quos amplè conſcriptos variæ hiſtoriæ perhibent) ſed Lineam deducenti præcelſæ SAPIEHARUM ſtirpis; cum hiſtoria directè hanc Domum concernente: jam alter Princeps Litvaniæ ex eadem Linea & Prædeceſſoribus SAPIEHANIS in conſiderationem venit.

GEDIMINUS Vitenis Filius Magnus Dux Litvaniæ Avus Punigaylonis Sophia.

AMplior hìc campus ad ſpatiandũ

&

& perluſtranda Magna occurrit Nomina, à quibus SAPIEHANA Domus Originem deducit. Quiſquis enim Gedimino ſuæ Familiæ innexuit initia, cum multis hic totius Europæ Monarchis & Imperatorũ Auguſta propagine affines colligavit Honores. Tantum eſt SAPIEHARUM ſtirpem à Præcelſo deſcendere exordio, ut in Sublimius ulteriori progreſſu aſcendant faſtigium. Hic quippe ſortis & fortunarum paſſus eſt, ut altiora ſemper petat, nec ibi jam felicitatis apparet veſtigium, ubi in Sublimiora non proceſſit curſus, tantum vendicando celſitudinis, quantum in alta petitur. Proceſſit à Regia Lutveri per directam Lineam SAPIEHANA Sublimitas, poſtquam anteriori claritate inter Columnarum ſplendores

dores effulſiſſet; tandẽ in Ducalem Vitenis illata Magnitudinem ad Magnorum Ducum Litvaniæ pervenit faſtigium; dum verò in Gediminum ſuum protogenitorem deſcendit, iterum in ſuam Originẽ rediit, ut dum ex Imperatorum, Regum, ac Summorum Chriſtianæ Reipublicæ Capitum Sublimitate per Columnarum Præcelſam gentem deſcendiſſet à Gedimino, in eãdem revertatur. Gediminus Dux Litvaniæ, fabulosè à nonnullis Præfectus ſtabuli, per cædem ſui Principis ad Summos faſces evadens inducitur; hunc enim Natum Vitenis verior plurimorum Authorum fides cõprobat, ſeriemq; ſuæ Originis ex deſcẽdẽte Principũ Proſapia habentẽ, communis ſenſ9 id confirmãs in hiſtoriis reperitur. Verùm ita ſanè ſit, jam magnis

ille provenit Natalibus, qui ad Gedimi-
num ejuſq; faſces ſuam producit proge-
niem, qui Princeps notiſſimus in Annua-
libus Litvaniæ, notabiliorem ſe in ere-
ctis Urbibus, & ſubſequente Celſiſſima
ac Sereniſſima ſua ſtirpe monſtravit.
Duæ illi adſcribuntur erectæ, affinitate
loci conjunctæ Urbes, Troci, & Vilna:
& ſicut Prædeceſſoribus illius Cauna
Cunaſſo, Kiernovia Kierno, Jurborg
Borco, Uciana Uteni, cæteræq; civita-
tes cæteris *Principibus ſua* initia in acce-
ptis referunt; ita huic Litvaniæ Magno
Duci, primum fundationis lapidem in
monumentũ excolunt gratitudinis, ma-
gna principiis, at ſucceſſibus majora
Vilnenſia mænia, quæ hucusq; (anti-
qua Majeſtate cælo æmula) in ſuo eſſe,
utinam & decore perẽnantia, detectis

&

& profundè ad terram inclinatis turri-
um verticibus venerantur, & conſonis
luporum præſagorum vocibus, ſuũ de-
prædicant Fundatorem. Majus præſidi-
um & tutelam toti Orbi Palæmonio of-
fert Metropolis cæleſtium donorũ, Re-
ginæ cæli gratiis & miraculis affluens,
quam ſibi hæc beneficiis plena Mater
in Regiam elegit reſidentiã, urbs Tro-
ci, qui ſi nullã haberent in ſua Origine
claritatem & Celſitudinem, ſatis inde
ampliarentur in ſuo decore, quòd inqui-
linam ſibi habeant, & Orbi repræſentẽt
Cæli terræq; Reginam, non pridẽ ſub-
miſsâ è Vaticano Solio coronâ, ad ma-
jores erga hanc Dominam Noſtram de-
miſſionis honores excitandos, redimitã.
Porro condendæ civitatis hujus occaſi-
onem venãtioni intento Principi dedit

ſi-

ſitus loci ad præſidium apti, qui etiam-
num pulchro aquarũ nexu illigatus con-
ſpicitur; ubi ab illo urbs recẽter erecta,
ut vel ipsâ Curiæ præſentiâ faciliùs
incrementa ſumeret; eòdẽ Principatûs
Litvaniæ Sedem Kiernoviâ tranſtulit.
Fortunatiorib9 deinde auſpiciis ad præ-
terlabentis Viliæ vortices, primum vi-
vens cor Litvaniæ & caput, nunc Re-
gale brachium à Tribunalitia poteſtate,
Vilnam erexit; hæc olim Regum Polo-
niæ & *Magnorum Duc*um Litvaniæ Se-
des, hodie cæleſtis Aſtreæ, quotannis
poſt Solennia Paſchatis, judicia reaſſu-
mentis reſidentia. Hæc mænia Juſtitiæ
conſecrata montem Svintoroha olim
dictum, imminentem ſibi proximè re-
ſpiciunt, in quo Principum funeribus a-
reã lucoſq; Diis quondã dicaverat Ger-

mundus.

mundus. Par etiam venationum occaſio
huic Urbi initium dederat, ut Trocorũ
erectioni. Cùm enim Princeps ſolitæ
incumberet venandi diſtractioni, ſylve-
ſtrem bovem (Urum aliàs vocamus)
ipſe confixit telo in viciniori ad Svin-
toroham monte. Tandem recreatus ve-
natione, & feſſus diurno labore ad Svin-
toroham conceſſit, ibiq; fatigatos vena-
toriis artib9 compoſuit artus, & dũ ſva-
vi recreatur ſomno, videre ſibi viſus
ſupum ferro ſolido & laminâ circum-
ſeptum, in quo centum alii incluſi, ulu-
latu ſuo vicina nemora & lucos replevê-
re. Hujus rei imaginem, utpotè in ſacro
& Diis dicato loco repræſentatam, mẽ-
tiq; impreſſã, non vilipendere evigilans
Princeps, verùm æſtimare magniq; fa-
cere cæpit. Liſdeykonem ergo voce Pa-

 triâ

triâ Kryve Kryveyto dictũ, Summũmq; ad aras Antistitem adire decrevit, omen portenti exquisiturus; & quia mens diva etiã Ethnicis, permittente id sapientissimâ Numinis Providentiâ, nonnunquam inest, illi quoq; ethnico Pontifici vera vaticinari, & in spem optimam Prĩcipis animum erigere concessit: *Bono ille animo Principem esse jussit, quod ipsi, quod Reipublicæ Litvaniæ auspicatò eveniret, sequeretur feliciter Deos monentes, lupum ferreum portendere arcem & urbem, quam in eo loco conditurus esset. Eamurbem, gentis, atq; Vniversarum Litvaniæ subjectarum Provinciarum caput futurũ, Sedem Principum, qui rerum à se gestarum famâ varias Orbis Regiones essent impleturi.* Erecto Pontificis Sacrorũ Augurio Princeps, Arcis in proximo ad Svintorohã eoq;

oq; ab aliis sejũcto mõte, urbis verò inter amplos sinos, quos Vilna & Vilia (aliàs dimiũtivo patrio idiomate Wilẽka) ille grandior & navigabilis fluvius, hic minor amnis circumscribit, magno satis labore, nec minoribus impẽsis, fundamẽta jecit, quæ nunc inter rudera, per millenas murorum rimas, & patentes diu noctuq; portas elapsam superbè ostentant majestatẽ. Clarus insigni erectione urbiũ Gedimino, clarior effulsit in lucẽ editis ad æqualem planetarũ numerum, septem filiis, qui omnes, successu temporis, Magni Principes & Principum ac Ducum in Litvania per posteram Satorum stirpem Authores & capita extitêre. Duas etiam filias præcelsà elocatione spectabiles orbi proposuit. Primã Elisabetham Venceslao Principi Plocẽ-

ſi in Maſovia de Regum ſtirpe procedẽ-
ti, alteram Aldonam aliàs Annam (pro
dote viginti quatuor millibus Polo-
norum Captivorũ datis) CASIMIRO
Magno, Ultimo ex Linea Piaſti Polonia-
rum Regi, in Conjugem dedit. Ladislai
Loctici Caſimirus hic filius erat, Fra-
ter Eliſabethæ Reginæ Hungariæ, Ma-
tris Ludovici Regis Poloniæ & Hunga-
riæ. Non extra ſphæram præſentis de-
ductionis & genealogicæ hiſtoriæ erit, ſi
etiã Ludovici Regis Poloniarum ab O-
rigines attingamus in hoc puncto, de-
monſtraturi quòd ſuâ prædicabilitate o-
mnes oratorũ terminos tranſcendentẽ,
Familiarum dicat eſſentialẽ connexio-
nem Gedimin9. Filius Carolo Ludovi-
cus erat & nepos Caroli Marcelli Re-
gum Hungariæ, Pronepos Caroli Clau-

di

di Regis Neopolitani, ex Galliarũ Re-
gibus à Fratre Sancti Ludovici Regis
Galliarum procedentis. Nec minor in
celſitudine ſua progenies etiã Ludovici
fuerat. Hic nempe cujus Anna Giedi-
minia Avunculi conſors erat, ex Eliſa-
betha Regina Boſniæ tres filias ſuſcepit,
Hedvigem Ladislao Jagelloni Polonia-
rum Regi, Mariam Sigiſmundo Lucẽ-
burgi Cæſari & Catharinam Ludovico,
Caroli Quinti Regis Galliæ Filio de-
ſponſatã poſtea conſortẽ. Hanc Celſitu-
dinẽ affinitatis in Domũ Gediminiã Lu-
dovici Regis intulit ſublimis proſapia.
Caſimirus verò, cui Aldona Gedimini
Filia in vitæ ſociam elocata, poſt illius
obitum tria iteravit connubia, primum
cum Adleida Principe Haſsiæ, alterum
cum Margarita Regis Hungariæ Filia

primo voto Henrici Principis Bavariæ Conjuge, Tertium cum Hedvige Principe Glogovienſi. Ex Principe Haſſiæ prodierunt duæ filiæ Hedvigis Principi Romeri, ſecunda Anna Vilhelmo Comiti Ciliæ in conſortem data: Mater hæc Anna fuit Barbaræ conjugis Auguſtiſſimi Cæſaris Sigiſmundi, & Annæ alterius uxoris Jagellonis Regis Poloniarum. Ejuſdem Caſimiri Regis, in cujus conſortem venit Aldona Gedimini Filia, Abavo frater fuerat Boleſlaus Priſcus, qui prius Anaſtaſiã Principem Haliciæ, tandẽ Agnetem Sancti Leopoldi Marchionis Auſtriæ Filiam in Sociam vitæ devinxerat. Hæc eſt ſeries proſapiæ Auguſtiſſimæ ac Sereniſſimæ quæ per filias Gedimino eſt connexa; æqualis etiam in filiis ejus enituit Sublimitas. *Gedi-*

Albiſius & Piſtorius.

dimino filii erant Montvidus cui Kiernovia & Slonimum, Olgerdus cui Krevum & quidquid inde Berezynam usq; porrigitur, Kieyſtutus, cui Samogitia, Trocenſes præterea, Grodnenſes, Caunenſes, Lidenſes, Vpitenſes agri, ac Subſylvania, Coriatus cui Novogrodecum, Volkoviſcum, Subartus, cui Volodimiria & Volynia, Iawnutus, cui Vilna gentis caput, Oſmiana, Braſlavia, quem etiam Supremum Principem poſt fata ſua deſignaverat, Narimundus, cui Pinſcum, Mozyrum parſq; Volodimirienſis Provinciæ in ſortem venerat. Hoc ſeptemplici Filiorum Nilo velut paſſis oſtiis Magna Principum in Orbem provecta Nomina & anterius & prætens ſæculum ſuis adornavêre titulis. Primus Gedimini Montvidus Filius, caput Hlebovicciorum, Dorohoſtayſciorum, Zabrzezynſci-

Kojal: in nom: 55.

ſciorum, Irzykovicciorum, Olechnovicciorum cæterorumq; Principum extitit. Magni hi Principes ab hac radice procedentes Litvano Orbi coronandis lauro, dignis cedro actis, & præclara ſtirpe inter immarceſcibiles honorum faſces effloruêre. Solum hic Hlebovicciorum Nomen commemorare ſufficiet, cujus ultima ſcintilla connubiales accẽdit tædas CASIMIRO SAPIEHA Palatino Vilnenſi & Supremo Execituum *M. D. L. Duci, Chriſtina* Montvidana Hleboviczowna, Mater nunc etiam Superſtitum Georgii Dapiferi M. D. L. & ALEXANDRI SAPIEHA Supremi Mareſchalli M. D. Litvaniæ. Hlebovicia ſcilicet Domus præter alias; Trocenſes nempe, Podlachiæ, Smolenſcenſes, Polocenſesq; Palatinos faſces;

Vil-

Vilnenſem Palatini honorẽ, quater geminatis vicibus, ſibi collatum habuit, cũ interim Capitaneatûs Samogitiæ, Caſtellaniæ Vilnenſis, Cancellariæ Supremæ, & Ducis Exercituum officia inquilina illi fuerint. A Kieyſtuto altero Gedimini Filio Vitoldus bellator famoſiſſimus prodiit, cujo ſoror Ringala Principi Maſoviæ elocata Cimbarcam Filiã habuit, conſortem Erneſti Archi-Ducis Auſtriæ, Matrẽ Friderici Imperatoris. Hic Auguſtus Cæſar ex Eleonora Portugaliæ Principe ſuſcepit Maximilianũ Cæſarem, Mariæ Principis Burgundiæ conjugem, Parentem Philippi Hiſpaniarum Regis & Avum Caroli quinti ac Ferdinandi Primi Imperatorum: à quibus duæ proceſsêre Lineæ Auſtriacæ, Regum Hiſpaniæ & Imperatorum; ſi-

quidẽ Carolus qnintus à Ringala Kieyſtuti Gediminovicii Filia, rectâ Lineâ deſcendens, in duas partes diviſit Imperium ſuum; Hiſpaniæ Regna Philippo Filio ſuo, Philippi III. Parenti, & Philippi IV. Avo; Imperii verò ditiones Ferdinando Primo, ſuo Fratri reſignãdo. A Philippo IV. proceſſit Carolus Rex Hiſpaniæ primo voto copulans ſibi Principem Orleanenſem Ludovici XIV. Galliarum Regis ex Fratre neptẽ; ſecundo *Principem* Neoburgicã, ex utraq; improlem vitam clauſit. Ex Sorore verò illius Thereſſia Ludovica Regina Galliæ Philippus V. nunc Hiſpaniis & Indiis imperans prodiit. Inter Gedimini Filios isq; chariſſimus Patri, (quẽ Principem Litvaniæ vicinus morti conſtituerat) Javnutus erat, ad cæteroro-

rorum Fratrum invidiam paternum capeſsens Solium: *id enim illi ægrè ferre, juvenem non ætatis jure aut virtutis ſuffragio, ſed ſolùm inconſulti amoris paterni præjudicio ſibi anteferri.* Quæ bella ſuſcitaverat hæc Javnuti in Solium evectio? Hiſtoriæ Litvanæ enarrant; mihi ad lineam deductionis formanti hiſtoriam, ſufficit ſyllabum componere Principis Succeſſorum; intra hujo lineæ ſphæram Sublimiores etiam Honorum apices coarctando. A Javnuta ſcilicet Principes in Zaślaw, & Principes Mścisławienſes originem ſuam deduxêre, cujus Pronęptis Princeps in Koſzary Sanguſzkowa Capitanei Luceorienſis conſors; Annæ Sanguſzkownæ SAPIEZYNA Palatinæ Vitebſcenſis Mater fuerat. Ad Gedimini Filiũ Coriatum Principẽ Novogrodẽsẽ

densem nonnulli familiæ Kurczorum prosapiam referunt: Olgerdus verò pariter Gedimini Filius quantos ex se numeravit & produxit Principes, patet universo orbi. Cùm enim duodecim ille habuerit Filios; tot etiam ferè capita & Authores Principum familiarum posteritati edidit. His Nominibus vocatos filios censuit, eoq; ordine. *Sex illi Filii ex Vliana Vitepscensium Duce suscepti: Volodimirus Kijovienſium Dux, è quo deinde genitus Olelko, seu Alexander Slucensium Ducum Familiam inchoavit. Ioannes Zedzevitus Podoliæ Dux, Simon Lingvienejus, seu Langvinus Mscislavienſium, seu juxta alios Smolenscensium. Andreas Wigundus, à quo Trubecensibus & Polubincisis Ducibus genus est. Constantinus Dux Czernikoviæ, è quo deinde Czartoryscensiũ Duces*

Okolski p. 2. fol: 589.

Duces prodiêre. Theodorus Lubartus Sanguszkorum parens, à quo Kowelscii & Koszyrscii Duces. Quinque alii (præter Iagellonem) suscepti è Maria Twerensis Ducis filia: Skirgello, Swidrigelo, Korybutus, à quo genus ducunt Zbarascii & Wiśnovieccii Duces; Demetrius Korecciorum Ducum Parens. Vigundus, qui susceptis ritu Rutheno Christianis sacris Basilius dictus fuerat, & paulò post Alexander, cùm ad Romanos transivisset, Severiæ ac Kiernoviæ Dux. Hujus loco Narimundum quidam ponunt III. ejus Nominis à Vitoldo Anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo occiſum crudeliter, verùm receptus à Palæmonia gente Author & fide ſua dignus, authoritatisq; eximiæ Hiſtoriographus Narimundi loco Vigundũ alium, cæterùm Baſilium ponit inter Olgerdi

Kojalowicz. p. 1. l. 8.

gierdi ex Maria Tverensi Filios. Non est mihi enumeratorum Principum longam hic enarrare præcelsã, progeniẽq́; diffusam latè per posteros; unius Jagellonis breviter expressa sufficiet series, in quam Gediminia Domus provecta est. Per totam Europam dilatavit suam Sereniſſimam Familiam Jagello, primùm Dux Magnus Litvaniæ, tandem Rex Poloniæ. Ex illius posteris Casimirus Jagellonides Filius Ladislai, ex Elisabetha Austriaca *numeros*ã reliquit *prolem*, hoc est Ladislaum, Bohemiæ & Hungariæ, Joannem Albrichtum, Alexandrum & Sigismundum Poloniæ Reges, Fridericum Cardinalem & Archi-Episcopum Gnesnensem, ac Sanctum CASIMIRUM; quinq́; etiam Filias Sublimi nexu sangvinis per Europã ma-

ri-

ritatas idem habuit: Sophiam Principem Brandeburgicam, Annam Principem Pomeraniæ, Barbaram Principem Saxoniæ, Hedvigim Principẽ Bavariæ, Elisabetham Principem Lignicensem: ex qua prole, favente Benedictione Numinis, tantâ succrevit magnitudine linea Jagellonica, ut ex illa, continua serie succesſerint Imperatores quinq́; Imperatorum Augustæ consortes sex; Reges *patrii* septem, Reginæ totidẽ. Per Varia Europæ Regna Reges novemdecim; Regum Sereniſſimæ consortes viginti. Electores quindecim, Conjuges Electorum viginti quinq́;; Archi-Duces Austriæ triginta, Archi-Ducum Augustæ Conjuges quadraginta quatuor, & innumera Ecclesiasticorum & sæcularium Principum Nomina, ut non nemo

di-

Kinnerg. Anno 1649. dixerit. *Si hodie reviviſceret Caſimirus, nullam tot Principum Chriſtianorum Filiam, omnes quippe liberorum loco ſe habẽtes, Conjugem eligere haberet collateralem.*

Non erit extra Ordinem hujus Syllabi, Annectere hîc Computum Ducum Palæmoniorum & Samogitiæ, eâ ſerie, quâ faſces prehenderunt.

SERIES DUCUM Supremorũ Magni Ducatûs Litvaniæ & Samogitiæ.

Ex Herulis *Duces* Litvaniæ

Littalanus poſt annum *Chriſti* 366.

Veydevuto.

Littalanus Junior circa annum 373.

Itali ex Palæmone Columna Duces Litvaniæ.

Palæmon ſeu Publius Libo poſt annum Chriſti 929.

Borcus Palæmoniades, Cu-

Cunos Palæmoniades,

Spera Palæmoniades,

Kiernus Cuniades circa annum 1040.

E poſteris Juliani Dorſprũgi Duces Litvaniæ, qui ipſe Dux Dzievialtoviæ non Litvaniæ fuerat.

Ziwibundus Dorſprungiades circa annũ Chriſti 1200.

Kukowoytis Filius Ziwibundi circa annum 1221.

Vtenes Kukowoytis circa annum 1227.

Iterũ ex Poſteris Palæmonis Colũnæ Duces Litvaniæ, qui per Electionem, nõ ſucceſsionẽ ibant.

Ringoldus Palæmoniades Primus Magn9 Dux poſt Annũ Chriſti 1235. Filius hic Gimbuti, Pronepos Palæmonis.

Mendogus, seu Mendolphus Ringoldi.

Electus Dux Litvaniæ Anno 1240. tandem Rex Litvaniæ coronatus Anno 1253. postquam collatum illi esset diadema, ob ejuratos Ethnicismi errores, verùm brevi nefandus Apostata collatum sibi Coronæ amisit decus.

Troynatus circa Annum 1264.

Woyśielcus circa Annum 1265.

Ex Familia Iterum Juliani Dorsprungi Fascibus Litvaniæ Admoti.

Swintorogus Utenides circa Annũ 1267.

Germõd9 Swintorogi circa Annũ 1270.

Giliginus Swintorogi Anno 1275. Dux renunciatus,

Romundus Giligini Anno 1276.

Tra-

Trab9 Swintorgi 2dò genit9 Anno 1280.

Narimundus Romundi Filius An: 1281. hic relicto Hyppocentauro, pro stemmate Equitem assumpsit.

Troydenus Romundi Anno 1282.

Rimundus aliàs Laurus, seu Laurentius Troydeni Filius, quod nomen in Baptismo, Christianus factus assumpsit. Electus Dux Litvaniæ Anno Dñi 1283. Eodem Anno tradidit Imperium Viteni, ipse Monasticam vitam repetens, quam cùm primum elegisset, deseruerat ob sedandos tumultus, excitatos à Daumando Troydenis Patris sui Interemptore.

E posteris Prosperi Cæsarini Columnæ Magni Duces Litvaniæ.

Vitenes quem Livonica Historia vo-

cat Utineri Filium, renunciatus circa Annum Christi 1283. Mortuus 1315.

Gediminus Vitenis Anno 1315. Occisus Anno 1328. Jawnuta Gedimini Anno 1329. renunciatus, & amotus.

Olgerdus Gedimini renunciatus Anno 1330. Mortuus 1281.

Jagello Olgerdi Anno 1381. renunciatus.

Kieystudus Gedimini, qui Jagellonem è Principatu amovit & se Ducem constituit.

Jagello Olgerdi *iterũ* post captum & strangulatum Vilnæ Kieystudum, postea assumptus ad Regnum à Polonis, coronatus 1386. *Sub quo* Litvania Unita est Poloniæ, sed nondum hâc Unione firmatâ, de qua infra.

Casimirus Primus Skirgayło Filius Olgierdi. Renunciatus 1387. Amotus 1392.

Ale-

Alexander Primus Witoldus Kieystudi Filius. Renunciatꝰ Anno Christi 1392. Mortuus 1430.

Boleslaus Primus Swidrigayło Olgerdi Filius, Renunciatus Anno 1430. Mortuus 1432.

Sigismundus Primus Woydatus Filius Kieystudi, Renunciatus Anno 1432. Occisus 1440.

Casimirus II. Jagellonides, Inter Reges Poloniæ IV. Dux Litvaniæ renunciatus Anno 1440. Rex Poloniæ electꝰ 1447. Mortuus 1492.

Alexander II. Filius Casimiri Electus 1492. translatꝰ ad Regnum 1501. Mortuus 1506.

Sigisinundus II. Filius Casimiri, Electꝰ Anno 1506. Translatꝰ ad Regnũ 1507. Mortuꝰ 1548.

Hic inter Reges Poloniæ Primus est hujus Nominis, inter Duces Litvaniæ II. hinc inter Reges Poloniæ, reperiuntur Tres, inter Duces Litvaniæ quatuor Sigismundi, quia ante Unionem Litvaniæ cum Regno, Sigismundus unus, dictus Woydatus, Filius Kieystudi Magnus Dux Litvaniæ fuerat.

Sigismundus III. dictus Agustus. Electꝰ Anno 1530. translatus ad Regnum eodem Anno. Mortuꝰ 1572. Hic in Regno Poloniæ *fuit Sigismundus* II. *Sub* illo Unio Litvaniæ cũ Regno facta est. Licet enim ad Jagellonis tempora, Litvania Poloniæ annexa erat; distinctos interim Duces, usq; ad hunc Sigismundum habuit, ad quorum Electionẽ primariò Reges Poloniæ pertinebant.

Exteri Magni Duces Litvaniæ.

Hen-

Henricꝰ Valesiꝰ de Galliæ Regibꝰ, Rex Galliæ deinde deserto Regno Poloniæ.

Stephanus Batoreꝰ ex Principe Transylvaniæ.

Ex Vasia Regum Sveciæ Familia, & Matre Jagellonia Magni Duces Litvaniæ.

Sigismundus Magnus Dux Litvaniæ IV. Joannis Regis Sveciæ Filiꝰ. Electꝰ Anno 1587. Rex Poloniæ; Anno 1594. Rex Sveciæ coronatꝰ.

Vladislaus IV. Magnus Dux Litvaniæ, Rex Poloniæ 1633.

Joannes Casimirus, Rex Poloniæ, Electus Anno 1648. Abdicavit 1668.

Ex Variis Familiis Reges Poloniæ & simul Magni Duces Litvaniæ.

Mi-

Michàél I. Korybut Wiśniewiecki, Electus Rex Poloniæ, Año 1669. Mortuus 1673. die 11. Novembris.

Joannes III. Sobieski. Electus Rex Poloniæ Anno 1674. Coronatus 1676. Mortuus 1696.

Auguſtus II. Elector & Princeps Saxoniæ, Rex Poloniæ, Electꝰ A. 1697. die 27. Junii. Coronatꝰ A. eodē 15. 7br:

Series Ducum Litvaniæ Novogrodenſis ſeu ultra-Vilienſis.

Erdivilus Palæmonis Abnepos
Mingayło ſeu Michàél
Skirmundus Michàélis.
Troynatus Skirmundi
Algimundus Troynati
Ringoldus Algimundi Magnꝰ Dux Li-

Litvaniæ totiꝰ; hic conjūctis Ducatibꝰ omnibꝰ præcipuè ultra-Vilienſis & Novogrodenſis Litvaniæ, Primus Magnus Dux Litvaniæ Año Chriſti 1236. dictus eſt. Abhinc poſteri ejus, (præter Coriatum Filium Gedimini, & Theodorū Coriati, qui Ducum Novogrodenſium geſsêre titulum) Magni Duces Litvaniæ vocati ſunt.

Series Ducum Samogitiæ.

Ex Palæmone.

Zaymo Weydevuti Filius, Frater Litalani Junioris; Herulus.

Gimbutus Palæmoniades, Cunoſſi Magni Ducis Litvaniæ Filius. Nepos Palæmonis.

Monſtwiło Gimbuti Filius.
Vikindus Filius Monſtwili.

Ex Juliano Dorſprungo.

Zivibundus Dux Samogitiæ ſimul & Litvaniæ.
Kukovoytis Zivibundi Filius.
Utenes Filius Kukovoytis.
Svintorogus Filius Utenis priùs Samogitiæ, quàm Litvaniæ Dux.
Giermondus Filius Swintorogi.
Trabus Giermondi Filius.

Hi iidem Samogitiæ, qui Litvaniæ Duces.

Ex Proſpero Cæſarino.

Kieyſtudus Gedimini Filius.
Vitoldus Kieyſtudi. Uterq; hic Et deinceps ſemper iidem Litvaniæ & Samogitiæ Duces fuêre.

Duces Polocenſes Litvani.

Ginvilo Nepos Erdivili.
Boryſſus Ginvilonis Filius.
Baſilius Rechvoldus Boryſſi.

Hlebus Baſilii.

Hlebo mortuo rurſ9 Polocia Reipublicæ formam retinuit, donec rurſ9 debellaretur.

Theophil9 Mendogi ex Fratre Nepos.

Deinceps Ducibus Litvaniæ paruit, neq; habuit ſeparatim ſuos Duces.

Ad hanc celſitudinem pervenit Gediminia Domus per lineã Jagellonicã ſublimata *ut* per Ducum Regũ & Imperatorum iverit gradus, ſuperlativa comparatione; unde dum collaterali â Fratre procedit ſerie, etiam SAPIEHARUM origo; quanta hæc ſit, cuilibet in expreſſo eſt. Ultimus ſcilicet Gedimini Filius Narimundus Pinſcenſium Dux parens Ducum Rozynſciorum & SAPIEHAHUM extitit, altitudinem ſublimis Domûs, collaterali Jagello-

nis innectendo familiæ, & eam postea orbi exhibendo præcelsam stirpem, quæ in sequenti patebit ordine.

Narimundus Pinscensium Dux, Gedimini Filius, Punigaylonis Sophia dicti parens, Sunigaylonis Avus, Theodati & Joannis Sapieha Pro-avus.

Diffusa per Europæ ditiones ac Regna, in supremis laticlaviis Gedimini propago, *â cæteris ejus* Filiis *in hanc* Majestatem Europæ venit: A Narimundo verò intra Patrios Lares in Ducum seriem, & Principum familias excrevit. Pinsco hic Princeps, Mozyro, partibusq; Volodimirienſis Provinciæ potitus Magnus Primoribus, non minor in successoribus extitit; Tres enim numera-

meravit Filios, Alexandrum verè magnũ, Podoliæ, Georgium planè heroem, Belzensium Duces, & Punigaylonem Castellanum Trocensem; in quo trino perfecto unionem Patriæ, ad coronam Regni servavit & defendit, dum Olgerdus Illius Patruelis, unum sibi cum Alexandro Littalanum videns non sufficere orbem, in alia etiam Regna protenderet sublimem fascium & laticlaviorum affinitatem. Hoc quippe agnatum est Regnorum & Imperiorum Honoriis, ut non uni affulgeant territorio, verùm asymbola Principis siderum Majestate, latè suos spargendo splendores si non integrum orbem saltem potiores Universi Provincias gratioso vultu, & pulchro honorum decore repleant, & hoc ipso multam orbis faciem

Privilegium Sigismundi I. 1522.

ciem in se exprimant quam posteritatis miretur & imitetur solertia. Ita Narimundi Principis dum per collaterales dignitatum radios, & reflexam in alias provincias lucẽ alibi affulsit gloria, nec in patrio solo hic splendor deerat, præcelsas easq; binas Rozynsciorum & SAPIEHARUM ex se producendo Familias. Et quidem de Rozynsciis Ducibus hìc agendum, ut nepotum gloria in fontem suum & caput Narimundum referatur, SAPIEHARUM verò eximii progressus sequentibus explicabuntur in foliis. Intra breve tempus Rozynsciorũ florens prosapia; tot Heroum protulit laureas, quot inter continuos bellicos æstus,& effusi sangvinis influentias, vix unquam in Martis campo legebantur. Illustrissima hæc ex Narimundo

mundo descendens generatio cruces quatuor cum trunco stipitis pro insigni nobilitatis assumpsit, atq; ultimam lineam Domũs ut ait Okolski; ad gremium Ecclesiæ Romanus Narimuntowicz, ubi accessit, clausit crucibus & finivit. Quotquot verò bella à temporibus Gedimini & Narimundi ad sæculum Rozynsciorum fuerunt, omnẽ molem, incursiones hostium, pondus & assultus, descendentes hi à parente victorioso, pectore fortitudinis, capite consilii sustinuerunt & repulerunt, sedemq; in Rozyno figendo, præmium hæreditatis in Kotelnia â Ducibus Litvaniæ, & Regibus Poloniæ retulerunt. De Romano Rozyński Simon Starovolscius habet sequentia. Cùm à Demetrio Moschoviticum imperium repeten-

Okolski Orbis Pol: tõ. 2.

Starovol: In Sarm: Bella.

repetente legionibus Polonicis Præfectus esset, astutissimos hostium conatus probè eludere solebat, & dum ille â subditis tempore nuptiarum per tumultum occisus esset, Romanus, ut imperium ad Polonos aliquomodo pervenire posset, profligatis centum & amplius uno prælio Szuyscii sectatorũ millibus, superstitem Demetrium cum aliis simulavit, atq; pro illo toties cum Moschis felicissimè decertavit, ut mediâ jam Moschoviâ fictitius Demetrius potiretur: sed ubi Romanus ex assiduis curis ad Serpuchoviam bellici laboris febri immaturum finem vitæ accepit, etiam Demetrius ille personatus Romano amisso, â Tartaro Arak Murza; cujus germanum vitâ privaverat, inter venandum, nil tale suspicatus transfixus fuit. Hæc

ille

ille. Idem verò historiographus Canonicus & Prælatus Tarnovienſis, illi Epitaphium tale exaravit. *Clausus hoc saxo quiescit Romanus Dux Rozynius, magnificis animi generosi virtutibus insignis, cunctisq; perfecti Imperatoris artibus instructissimus; Qui Bellis Tartaricis in Podolia exercitatus in Moschovia à Demetrio Principe omnibus copiis Præfectus, magnam apud omnes famam, magnis præmiis victor promeruit; Qui parta Anno* 1608. *ad Belchoviam insigni de Szuyscio Moschoviæ Tyranno victoria, apud Serpuchoviam febri extinctus est. Heu immitia fata majoribus & paratis illi honoribus, properè nimiùm invidendo accelerârunt.* Obiit octavâ Aprilis, milleſimo ſexcenteſimo decimo, ætatis trigeſimo quinto. Reliquit Filiam Petri de Romanow Swier-

ſki

ſki eximii & ſtrenui bellatoris conſortem. Michàél etiam Rozyńſki Romano ſuppar; bello, ſtratagematibus & victoriis de Tartaris & Moſchis clarus, Filium, qui teſtis virtutis, fortitudinisq; ſuæ proxima imitatione foret, reliquit, Kirikum ſeu Cyrillum;; qui omnes Tartarorũ machinationes, perſpicaci mente prævidens, nullum, ſine ſtrage hoſtium, ſubiit certamen. His victoriis & triumphis clarus, in vim emeritæ fortitudinis, â *Sereniſſimis* Regibus, campis & agris, qui nunc Kotelnia vocantur, donatus. Parem etiam Fortitudinem Fratri ſuo Bogdano inſtillavit, qui â teneris ad militiam flagrantes gerens animos, ex campis deſertis, ubi Scytharum uſui accomodati exporriguntur ſinus; deſcendit, & Dux Zaporovienſium Ko-

ſakorum

ſakorum magna clade & nece, quovis loco ac tempore Tartaros profligavit. Nicolaus quoq; Majorum firmatus conſvetudine & acri hoſtium victoria eo *diſpoſuit* animum & omnis conatûs facultatem, ut in ſubſidium patriæ, contra graſſantes Tartarorum copias, parentum innutritam triumphis, captaret indolem. Glorioſa ſanè & multùm perutilis Rebuspublicis ratio eſt, dum illos *in* ſuo gremio Cives nobiliter & generosè prognatos habent, qui derivatam â Patribus gloriam in ſe ipſis per heroica acta promovendo, tandem in filios exemplari amuſſi refundunt. Ex his etiam & tantis progenitoribus deſcendens Demetrius Rozynius, innatum prædeceſſoribus ſuis & ad bella ac triumphos natum in ſe probavit

ingenium, plurima in confiniis Regni & Moſchovia generoſi animi exempla declarans. Agebatur ad Czaśniki exoptata militi præliandi ratio, quam Dux Exercituum Romanus Sanguſzko in Moſchos movebat, multâq; triumphi gloriâ profligavit hoſtem, eo agendi modo, ut Demetrium Vice-regentem vexilli ſui & Rothmagiſtrum ac Ducem militiæ conſtituerit. Memor ille, gloriæ incrementa & res præclarè geſtas ſeditionibus & diſcordiis corrumpi, eodem animo, eadem mente cum Duce ſuo velitavit, in unam hoſtium cædem utrumq; Ducis & ſuum combinando animum; nec malè cadente effectu; junctis ſcilicet eximiarum mentium viribus, vicêre inſurgentes in ſe, & adverſas in prædam ſumpſêre phalanges.

langes. Et hæc antiqua Victorioſi Rozynſciorũ nominis ſeries; cujus familiæ antiquitatem referunt ſcripturæ Ruthenorum; habent & privilegia & notata in caſtris Magni Ducatûs Litvaniæ, Volhyniæ, Kijoviæ, quæ â Narimundo Gedimini filio deducunt, uti & Epitaphia vetera Kijoviæ & Rozynii. Paprocius equidem in utroq; opere ad Coriatum illorũ refert familiam; verùm cùm cæterorum potior fides Narimundo Patri Rozynſciorum Ducum reddat initia hujus proſapiæ; error illis adſcribendus eſt, qui non ad Narimundum, ſed aliò lineam hanc aſcendere faciunt. Glorioſus in trophæis Rozynſciorum Heroum multo tempore perennavit Narimundus Propater Victorioſi nominis, Majoris interim gloriæ pretia habuit

buit ex converſis ad fidem veram, poſt fata ſua ſera, nepotibus; qui Progenitorum ſuorum barbaram in Ethniciſmo deſerendo opinionem; in Rozynſciis Orthodoxi zelatores & Catholici fuêre; annexã quippe cum SAPIEHIS habentes ejuſdem Domûs colligationem, etiam ejuſdem Sanctæ fidei participes voluerunt eſſe: cùm Sunigal SAPIEHA Caſtellanus Trocenſis pulchro familiæ ſuo exemplo, Sacro fonti Baptiſmatis *intingeretur primus*. Singula hæc laudum encomia in Patrem ſuum & primum Satorem familiæ Narimundum (in hoc infelicem, quòd ethnicis erroribus uſq; ad fata innodatum) reincidunt, alteram etiam parium elogiorum in campo SAPIEHANÆ Domûs colligentia meſſem. Tres enim

Narimun-

Narimundus habens Filios, Ducem Podoliæ & Ducem Belzenſium ac Caſtellanum Trocenſem, è prioribus unam, ex hoc alteram, hucusq; inter faſces & honorum laticlavia perennantẽ orbi produxit familiã. Ad Punigaylonem ſcilicet Caſtellanum Trocenſem, per directam lineam ſtirpis ſuæ extenſa, SAPIEHARUM tam in Kodeń quàm olim Severienſium dictorum, deducitur non interrupto ordine proſapia.

NARIMUNDOVITI, Punigaylo Caſtellanus Trocenſis, Filius NARIMUNDI, Parens Sunigaylonis, Avus THEO-

DATI

DATI & JOANNIS SAPIEHARUM, Sophia dictus.

TRaditam â Prædeceſſoribus gloriam Narimundovitius hic, uti in ſe conſervatam retinuit, ita & poſteritati florentem in ſucceſſoribus ſuis tradidit. Caſtellanus ille Trocenſis fuerat, & hoc ipſo Magnus inter Proceres *Litvaniæ Senator.* Quatuor *protunc* ſolùm Senatoria dignitate æſtimabantur; duo Palatini, & duo Caſtellani, Palatinus ſcilicet Vilnenſis, & Trocenſis, Caſtellanus itidem Vilnenſis & Trocenſis, reliqui verò Palatini nondum Senatores erant, neq; Senatum Palæmonium intrabant, neq; Palatini ſeu Wojewo-

jewodæ ſed Vicarii patrio idiomate Namieſtnicy vocabantur, veluti Vice-Duces temporanei in locis, quæ olim â Ducibus ſuis adminiſtrabantur, antequam in Provinciam Litvaniæ redigerentur. A Polonis primùm uſus hujus nominis deſumptus. Kojałowicz interim tam Namieſtnikos, quàm Wojewodas Palatinos indifferenter vocat, quòd eadem poteſtas Namieſtniko, quæ Palatino fuerit: poſt conjunctionem verò cum Polonia hi omnes ingrediebantur Senatum, continuatâ hucusq; ejuſdem dignitatis ſerie. Rerumpublicarum hic mos non incongruè, nec ſine emolumento civium ſolet eſſe; ut vertentibus Annis, ad excitandum gloriæ & neceſſariorum patriæ in obſequiis officiorum ardorem, computus dignita-

Kojałowicz in Nomenclat. Stēmatum fol. 8.

tum assurgat Major, ac honorũ amplior aperiatur campus, in quo posteritas pulchros ad subsidium & commodum patriæ ascensus faciat. Ita Romuleum Imperium solus ad initia administrâsse fertur Romulus, postquam verò ampliori-bus illud dilatatum esset latifundiis, plures Consules, Patres Vniversæ Patriæ & Senatum ê collectis pluribus senio & authoritate ac decidendarum sententiarum pondere graves adlegit. Plures etiam Hispania Grandes, Gallia Pares, Imperium Electoress post ulteriorem evolutionem temporum admisit, ut â pluribus commodiùs patriæ sustentaretur salus, & in plures honorum derivaretur Majestas. In Senatorio jam ad illa tempora existens ordine Narimundovitius Punigaylo cæteris honore & digni-

dignitate eminuit. Non incommodũ erit, si alia officia in Magno Ducatu Litvaniæ, hîc etiam referantur, quæ circa tempora Punigaylonis prope Annum millesimum fuêre. Mareschalci protunc duodecim erant; ut videre est in annuis Anni 1569. ubi vocatur Paulus Ostrowidzki unus ex duodecim Mareschalcis. Neq; vocabantur Mareschalci Magni Ducatus Litvaniæ, verùm aut simpliciter Mareschalci, aut Mareschalci Regii. Et Anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio Petrus Zaorski & Michàél Lozyński ex ordine Mareschallorum deputantur in comitiis Generalibus Ordinum Litvaniæ, ad tractandum de perficienda unione cum Polonia. Cancellarii olim privilegia (uti constat ex Privilegio donati-

nis, quà Goniundz & Raygrod Anno milleſimo quingenteſimo nono donat Nicolao Nicolai Radivilo, tunc Palatino Trocenſi, poſtea Vilnenſi) tribus ſigillis ſigillabant; nẽpe Magno, (quod Majeſtas Litvaniæ vocabatur) ab una parte; ex altera autẽ parte minore (quod ſigillum Magni Ducis vocabatur,) & ſigillo parvo Annuli Ducis. Majeſtas continebat loco ſtemmatis, ipſius Magni Ducis perſonam in throno ſedentẽ. Caſtellani alio titulo dicebantur Okolnicy, proinde ſi alicubi in antiquioribus monumentis hic honor adſcriptus legitur, Caſtellani officia intelligenda ſunt, fortè â Caſtellis quibus illi præeſſe ſolent, nuncupata. Tali Officio functus Narimundovitius è Senatorio ordine, faſcibus inſignis, fide ethnica lau-

laudes ſuas obfuſcavit: qui ſub ethnico Principe Olgierdo Patruele fratre ſuo placita Principis exiſtimans; perverſorum errorũ tenacitate uſq; ad vitæ tempora pertinax, ut fatentur Ruthenorum Annales; nomen ſuæ in poſterum familiæ exinde indidit. Ubi legitur. *Quoniam ſub Ethnico Principe in Litvania, Senatoria fungebatur dignitate, Paganiſmum conſervavit, ideoq; ab Ethnicis in ſcommatis fidei Chriſtianæ (quæ tunc in Litvania Græci ritûs propagari cæperat) Græco agnomine Sapiens, (ideo videlicet, quòd ad Chriſtianam fidem non acceſſiſſet) ſeu Sophia appellatus.* Patriis armis tribus Liliis ille utebatur; cùm enim Narimundus Progenitor ejus ad tres avitas colũnas tria adjũxiſſet Lilia; hic lilia in ſtẽmate retinuit, Vude SAPIEHARUM Domus meritò

Monumenta Ruthenorum.

tò â Progenitoribus ſuis tam arma Liliorum quam Columnarum vendicat. Vixit Punigaylo Narimundovitius Anno milleſimo trecenteſimo octogeſimo; ætatis ſeptuageſimo octavo: relinquens Filium Sunigaylonem ſeu Simeonem in Baptiſmo dictum, primum è domo SAPIEHANA Chriſtianum.

SUNIGAL Caſtellanus Trocenſis, Punigayloni Filius dictus â Patre Sophia. Parens THEODATI Smolenſcenſis & JOANNIS SAPIEHARUM Podlachiæ Palatinorum. EX-

EXcelſior jam in Sunigaylone Domûs SAPIEHANÆ gloria, prioribus ſæculis per terreſtres ſublimitates & honorum celſitudines ivit in iſto jam altiùs provecta, ſupra terreſtris dignitatis Magnitudinem aſſurrexit. Hactenus ſiquidem ad Sunigaylonem illos ſplendores & Majeſtuoſàm Principum ſerenitatem, quam â prædeceſſoribus ſuis, ſibi ſemper affulgentẽ habuit, Ethniciſmo obfuſcatam, & tenebris erroneæ fidei ac multorum Deorum involutam ſimilacris ſpectaverat hæc gloria; in Sunigaylone de integro ſe expolitam, & lumine veræ ac Orthodoxæ fidei illuſtratam recepit. Primus hic ê SAPIEHANA proſàpia Chriſtianus, Simeon in Baptiſmo dictus, eam familiæ ſuæ indidit orthodoxè credendi rationem,

nem, quæ hucusq; in hac zelosa pro Numine, & aris, domô, constanter perseverat. Obfuscaverat quidem pauco tempore Genevensis tenebrio etiã hanc Illustrissimam familiam, verùm quanto ardore & zelo, illusi ab hoc orbis histrione perpauci SAPIEHÆ, suos retractârint errores; sequentes evolvent paginæ, ubi singulorum expendentur acta. Pulchro, & non satis æstimando exemplo Sunigal illectus, dum Jagellonem, in Baptismo *Vladislaum*, Vitol*dum* & Vicundum Alexandrum, *Skirgaylo* & Korigailo Casimirum, Swidrigailo Boleslaum, Dougothum Georgium dictos, verâ fide imbutos & XVI. Kal: Mart: qui Divo Valentino sacer est â Bodzenta Archiep: Gnesnensi Christianis sacris initiatos adverterit, ipse etiam

am Baptismali ablutus fonte, delevit, & abluit veteris superstitionis opprobria. Non hoc solùm facti eximio progressu, verùm & aliis præclaris documentis domum suam & familiã appretiávit. Magnus siquidem Senator, Trocensis Castellani occupavit subsellium, cùm protunc Monvid Vilnensis, Jaunutas Trocensis Palatini, Gedimini Magni Ducis Litvaniæ præclara progenies; Minigal originaliter ex Ducalibus armis Principum, initia familiæ vendicans Castellani Vilnensis officia & honores obirent. Nec parva hæc sors Sunigaylonis & â Primoribus suis in illum derivata exiguo æstimanda honore; cùm Principes nonnisi sangvinis hæc solia protunc impleverint, & solũmodo quatuor numerarẽtur Senatores; unde & in

Herburt in privileg Unionis.

Paprocki in suo Opere Stẽmatum.

Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, à Nobili Hetruſco, Curtio Ingiramio, invenitur talis Inſcriptio: *Ego Coſmus Paccius Maximus Pontifex ſubſignavi.* Utiſe oculis ſuis legiſſe teſtatur Tri-

Kojał: in mm. ss. denti in Bibliotheca Collegii Kojałowicz. Hæc Familia jam à temporibus Jagellonis Regis Poloniarum Senatoriis adornata faſcibus, ad hæc tempora multos Proceres Litvaniæ protulit; & quæ pridem SAPIEHANO Nomini per Connubia eſt ſociata, nunc etiam, poſtquam Chiſtophoro Paccio Notario Magni Ducatûs Litvaniæ in Conſortem adlegiſſet è celſiſſima SAPIEHARUM Domo, Benedictam Filiam Dapiferi M. D. Litvaniæ, novis fœderibus iterum celebratiſſimum Nomen ſuum SAPIEHANÆ inſeruit celſitudini, inſignem florem Caſimirum PAC Capitaneum Caunenſem *proferens, qui* Academiâ Vilnenſem ſublimi Prædeceſſorũ ſuorum adornans Nomine, hanc nunc Vernantiſſimus Domûs ſuæ Floſculus, obtutu ſuo, & præſentiâ, Academicus Aſcanius recreat.

Paulus SAPIEHA tertius Nicolai SAPIEHA Notarii Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ Filius, fortè immaturâ deceſſit morte, cùm nec Conſortem, nec titulos illi appoſitos in authoribus reperio. Tam enim in hoc Paulo SAPIEHA, quàm in Fratribus ejus, Georgio Capitaneo Vilcovienſi, & Friderico

Pala-

Palatino Mſciſlavienſi, maſcula proles deſcendens à Friderico Joanne SAPIEHA Palatino Podlachiæ, Joannis Palatini itidem Podlachiæ primi in Kodeń Heredis & Domini, deſiit. A quo Friderico SAPIEHA etiam Leo Palatinus Vilnenſis, & Supremus Dux Magni Ducatûs Litvaniæ proceſſit, & pariter in Filiis ſuis lineam deſcendentẽ ab eodem Friderico Joanne SAPIEHA, finivit. Quare deductâ ſerie à Joanne SAPIEHA primo Herede in Kodeń per Filium ejus Fridericum Joannem propagatâ, ad alterum ejuſdem Joannis Primi in Kodeń Heredis, Paulum SAPIEHAM Palatinum Novogrodenſem deſcendo, à quo quia etiam variæ proceſſerunt lineæ; diſtinctim,, per variam *poſteritatem* à Filiis ejus; deſcendentes *proponentur* Poſteri.

PAULUS SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis, ſecundus Heres in Kodeń, Filius Joannis Palatini Podlachiæ primi Heredis in Kodeń, dictus Ornamentũ, & Protectio Litvaniæ.

Jawn9Palat: Troc:	Zadora.
Minigayło Caſtel-	Rawa.
lanus Vilnenſis.	
Sunigayło Caſtell:	Liſy.
Trocenſis.	
Niemira ſeu Na-	Jaſtrzębcy, ſeu La
gora.	zanki, Boleſty.
Gregorius Oſtik.	Trąbki.
Butrym.	Topory.
Goligunt,	Łabędź ſeu Skriń-
	ſcii.
Nicolaus Bylim,	Porraje.
Korewa.	Dębno.
Wyzgierd.	Odrowąż.
Petr9 Montigierd.	Wadwicz.
Nicolaus Tawty-	Dria.
gierd.	
Joannes Gaſtołd.	Habdaniec.
Wołczek, Kotwa	Pułkozic.
ſeu Kukwa.	

Butowt.	Gryffowie.
Jadald.	Srzeniawa.
Kalon Rało	Pobodze.
Joannes Rymwi-	Grzymała.
dowicz	
Gineyd Kunce-	Zaręba.
wicz	
Dautkſza ſeu Doxa	Pierzchała.
Nicolaus Boynar	Nowina.
ſeu Bieynar	
Wołczkon Koku-	Działoſza.
towicz	
Giedorwoch	Kopacz.
Dangiel	Rola.
Jac: Mingiel	Siromla, Siro-
	komla.
Woyſznar Wil-	Kot Morſki.
kolewicz	
Irżyk Sangaw	Powała.

Saka	Pomian.
Naczkun	Doliwa.
Werburt	Sarza.
Monſtwild	Dolanga.
Stan: Wiſygin, Wyſzynga.	Bogoria.
Woyſzym Danczykiewicz	Janina.
Monſtold	Bichawa.
Andreas Dewknetowicz	Swinka.
Bodzwił ſeu Rodwil	*Sulima.*
Michucha	Łodzia.
Czupa.	Korczak.
Koiczan Sukonicy	Wańczyk.
Minimand Seſnikowicz	Rolda.

Koczan	Nałęncz.
Gierdud	Jelitowie.
Moydylon	Biała.
Staniſlaus Butowtowicz	Godziemba.
Woydzło Koſzyłowicz	Ciołek.
Et Joannes Eywild Et Czuſzułowicz.	
Surgutha z Kieślinia z Reſzynek	Oſmorog ſeu Gierald.

Non ſunt omnes interim enumeratæ familiæ, quæ in Hrodlo ad uſum ſtemmatum ſunt admiſſæ, cùm etiam privilegium inſertum Statuto non exprimat ſingulas, quia numeratis his additur &c: &c, quòd fortè cõpactor Statuti propter longitudinem non attexuerit alias. Auctus itaq; novis armis ad Hrodlo in-

ter ûnionis comitia Sunigal per filium ſuum Joannem, in Kodeń SAPIEHA Palatinũ primò Vitepſcenſem ex poſt Podlachiæ, privilegium Confirmationis Stemmatis Lis, â Sigiſmundo I. Rege Poloniæ Anno milleſimo quingenteſimo duodecimo recepit. Quia verò nonnulli ignari præcelſæ deductionis SAPIEHARUM â Sunigaylone ad Narimundum & Gediminum illã non referunt, annecto privilegium, ex quo clarè deducitur tam â Gedimino per lineam rectam procedere SAPIEHAS, quàm etiã titulo Ducum inſignitos eſſe.

Privilegiũ Confirmat: Stemmatis Lis.

Ad perpetuam rei memoriam. Sigiſmundus DEI Gratiâ Rex Poloniæ. Magnus Dux Litvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ Samogitiæq; Dominus & Hæres Significamus tenore ſequente præſentibus & futuris notitiam volen-

lentibus, quomodo nos gratam memoriam referre cupientes, erga Illuſtris Narimundi Gedimino vitii Pinſcenſium olim Ducis conſangvinei noſtri Poſteros Ivanum in Kodeń Palatinum Vitebſcenſem, Mareſchalcum & Supremum M. D. Litvaniæ noſtræ Secretarium, Braclavienſem Capitaneum, nec non Theodatum in Opakow Gubernatorem Smolenſcenſem, Notarium noſtrum Litvaniæ, Semionovitios Sopihas, nobis, Reipublicæ, & Anteceſſoribus noſtris emeritos, libenter id dignum eſſe duximus, ut certum privilegium â Divo olim Avo & Prædeceſſore noſtro Vladiſlao Iagiellone Rege Poloniæ, Magnoq; Duce Litvaniæ, Parenti illorum Simeoni Sunigal Caſtellano Trocenſi, Punigaylonis Narimundovitii Sophia olim dicti, Trocenſis etiam Caſtellani filio, ob præclara quondam merita conceſſum & collatum, li-

Sapiehæ â Narimundo & Gedimino procedunt

Ioannes Sapieha.

Theodatus Sapieha.

Sunigal Punigaylonis Caſtel. Troc: filius.

Punigaylo Narimũdovitius ſeu Narimũdi filius

beri

beri ſcilicet uſus, pro ſe & ſucceſſoribus armorum, quæ ipſe in Comitiis Horodlenſibus unionis Litvaniæ, cui cum aliis Principibus Conſangvineis noſtris interfuit, vulgò Lis in majus vinculũ & Societatem, Stemmati ſuo Liliorũ per prædictũ Narimundũ Gediminovitium Pinſcenſem Ducem Avũ ſuum olim aſſumpto aſſociavit, confirmaremus & affirmaremus. Proinde nos prahabita matura deliberatione & conſilio Prælatorum & Baronum Regni & Magni Ducatûs noſtri illud privilegium juxta tenorem ſuum nunc & in perpetuum confirmamus & affirmamus. Eodemq; præfatos Magnificos Semionovitios SAPIEHAS & illorum poſteritatẽ junctim cum omnibus prærogativis, titulo, inſigniis, & decoribus, quibus & alii e Ducibus Litvaniæ oriundi in Regno noſtro utuntur perpetuò & in ævum gau-

Narimũdus Avus Sunigaylonis deducitur.

Sapiehæ Ducum titulo decorantur.

gaudere permittimus & decernimus. In cujus rei fidem & teſtimonium, ſigillum Magni Ducatûs noſtri, præſentibus eſt appenſũ. Actum Cracoviæ feriâ ſecundâ ante feſtum Viſitationis Beatiſſimæ MARIÆ. Anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſecundo. Regni noſtri Anno ſexto. Præſentibus ibidem Generoſis & nobilibus Ioanne Litabor Chreptowicz Mareſchalco Magni Ducatûs noſtri, & Capitaneo in Kobryń. Nicolao Iurjewicz, Hlebowicz Capitaneo Drohicinenſi, Iwan Andrzejewicz Mareſchalco, Tenutarioq; in Dougi, Iacobo Kunczowicz, Equitone Curiæ noſtræ, Tenutario Seypunenſi & Wilkinenſi, aliisq; quam plurimis aulicis, Notariis & Curialibus noſtris, fide dignis teſtibus ad præmiſſa. Hæc privilegium; quod commemorat Okolſki. Item Olſzowſki in Concione funebri Chriſto-

Okolſki Orb: Pol: Tom: 2. Stem: Lilie 3tio.

ſtophori SAPIEHA Notarii M. D. L. Ex quo luculenter deducitur Originem SAPIEHANÆ Domus â Narimundo Pinſcenſium Duce, & Gedimino ejus Parente procedere. Quare indebitè nonnulli Punigaylonem Caſtellanum Trocenſem ad Olgierdum referunt, ut ex præfato privilegio patet, in quo Sunigal Punigaylonis Filius, Narimundi Pinſcẽſium Ducis Nepos patenter affiirmatur; fortè inde illi hæc arbitrati, quòd crediderint fuiſſe genitum ex Narimundo (juxta aliquos) dicto Baſilio Pinſcenſi Duce, Olgierdi filio, qui â Vitoldo, Anno 1390. pedibus ad ulmum ſuſpenſus tormentis teliſq́ obſeſſorum, in proximo Vilnæ prato ejus ipſius manu & arcu confectus eſt. Sed longè aberrârunt: documẽta enim authentica & privilegii præ-

Olſzewſki & Dunin in Concionibus.

Kojałowicz hiſt: Litv: parte 2. l. 1. Piſtorius. Stryikowſki.

præfati robur â Narimundo Gediminovitio Pinſcenſium Duce Olgierdi germano fratre Punigaylonem SAPIEHA ac ejus Filium Sunigaylonem Originẽ ducere demonſtrant. Corrigendus itaq́; error, cui occaſionem ſimilitudo nominum poſuit, imò verior, & majore authoritate fultorum Hiſtoricorum Litvanos progreſſus deſcribentium id probat fides, quòd inter filios Olgierdi non fuerit Narimundus, ſed alius citatus præcedenti deductione, aſſerente Kojałowicz, ac proinde ad ſolum Narimundũ Giediminovicium, & non ad alium origo Sunigaylonis & illius Parentis procedit. Ducum etiam ornata honore SAPIEHARUM familia, uti è Ducibus Litvanis ſua initia Domûs præcelſæ in Litvania exhibet, ita juremeritò Du-

Hiſt: Litv: p. 1. L. 8.

Ducum ſibi titulos cum aliis Principibus Sangvinis, & é ſtirpe Ducum Litvaniæ procedentibus, vendicare poteſt. Placet hîc aſſociatas Ducum Litvaniæ ponere familias, quæ Kniaziorum ſeu Ducum titulos, olim collatos ſibi habuêre, & nunc eoſdem retinent.

Familiæ quæ Kniaziorum, ſeu Ducum titulo in Litvania antiquitùs utebantur, & nunc utuntur.

Wiśniewiecki Korybuth. Sanguſzko Kowelſki & Koſſyrſki. Zbaraſki Korybuth. Zaſławſki Litvanus Jawnucia.

Olel-

Olelko Słucenſis. Czartoryſki. Radziwiłł. Ogińſki. Algimunt Holſzanenſis. Biały. Bielſki. Borowſki. Dołſki. Ośiemiatycz. Odojewſki. Kurpſki. Maſſalſki. Sokolińſki. Drucki. Sołomerecki. Swierſki. Dowmand. Zabrzeżyńſki. Monwid. Korecki. Oſtroſki. Zaſławſki Ruthenus. Horſki Drucki. Trubecki. Kroſzyńſki. Lubecki. Drucki. Worotyńſki. Woroniecki. Giedroyć. Sieśicki. Dowmond. Wolſki. Girſki. Dowmand. Dubronicki. Puciatczyc. Ozierecki. Tołoczyńſki. Cietwiertyńſki. Prońſki. Porzycki Korybuth. Woroniecki Korybuth. Zarecki. Worotyńſki. Przychabſki. Petyhorſki. Cæteræq; Domus Ducales licèt è Principibus provenientes, quæ plures reperiuntur, titulo tamen Ducũ

ſeu

ſeu Kniaziorum non utuntur. Imò & ex poſitis hîc, nonnullæ familiæ quanquam Principes, Kniaziorum tamen ſibi non vendicant nomina. Fortè ideo, quòd non appoſitus utcunq; titulus, ſed ſangvis transfuſus & Progenitorũ Ducalis ſeries, Principes creet. Imò nec hic ordo, ac computus Kniaziorũ è Kojałowicz allegatus, omnes exprimit: Plures enim & præſens & præterlapſum numeravit ſæculum, uti Łukomſcios, Połubinios. Szuyſcios. Rozyńſcios. Kurcz. &c. quos enucleatiùs ac expreſſiùs amplioriq; ſyllabo per varia ſtemmata Okolſki adlegit Ducibus, ac è Ducibus prognatis Heroibus. Hæ Ducum relatæ in pauco licèt numero familiæ, annexam titulorum & decorum celſitudinem etiam in SAPIEHARUM domum

mum invehent, eò evidentiori ratione, quôd ex eodem ſtipite prognatos ſecum hæc præclara proſapia habeat Principes. Nepos ſiquidem ex fratre germano Narimundo Alexandri & Georgii Rozyńſcii hujus Bełzenſis, illius Podoliæ Ducum, cognatum in ſuos poſteros Principum duxit ſangvinem Sunigal, ut ex multis documentis ſeries Genealogiæ SAPIEHANÆ, Pauli SAPIEHÆ Palatini Novogrodenſis cum Ducibus Rozyńſciis de ſucceſſione bonorũ acta referens, illorum expungit ignorantiam, qui neſciunt hæc magna Ducũ nomina colligata & eidem annexa proſapiæ. Libet hìc ponere Confirmationem Concordiæ inter prædictos Duces poſt multa diſſidia, Sigiſmundi primi roboratam authoritate, quæ inter Co-

dnenſia monumenta, in ſequenti reperitur tenore, & eandem familiam Ducum Rozyńſciorum ac SAPIEHARUM ex eodem natam ſtipite deducit.

In Nomine Domini Amen. *Ad perpetuam rei memoriam Sigiſmundus* DEI *gratiâ Rex Poloniæ, M. D. L. Ruſſiæ, Pruſſiæ Samogitiæq; Dominus & hæres. Significamus præſentibus Literis, nunc & in futurum notitiam habituris. Agitabantur non pauco tempore nec exiguo motu multæ controverſiæ inter magnificos Rozyńſcios & SAPIEHA Narimundovitios, tantoq; majore cum damno, quód inter cognatas ſibi, unâ enim eademq; de ſtirpe Narimundovitana oriundas prædictas domos, idq; vigore certarum ſortium Narimundovitianarum tanquam ex capite anteceſſorum, olim illorum ſucceſſivarum, & longo tempore ab utrinq;*

Ducũ Rozyńſciorũ & Sapiehavũ eadẽ Domus.

utrinq; prætenſarum. Quæ tandem cúm permeditationem Reverendi in CHRISTO *Patris Petri Poſnanienſis & Vice-Cancellarii Regni Poloniæ, Laurentii Camenecenſis Epiſcoporum. Ioannis Swirczewſki Caſtellani Viſlicenſis & Exercituum mercenariorum in Litvania Campi-Ductoris, Arbitrorum & Compoſitorum amicabilium ab utraq; parte paciſcentium, ex unanimi & mutuo conſenſu electorum de toto & plano extant ſopitæ. Exhibuit nobis Magnificus Paulus Iwanovitius in Codeń* SAPIEHA, *Mareſchalcus & Capitaneus Noſter Braclavienſis ſincere nobis dilectus, Literas papireas prædictæ conventionis ab utrinq; amiciſve ſubſcriptas & ſigillatas, ſnpplicavitq; ſuo & Fratrum ſuorũ Fedorii; Michaëlis, & Petri nomine, ut illas ſeorſivo diplomate confirmaremus. Cui nos petitioni velut juſtæ*

ſtæ annuentes pro Regali cura, ut inter omnes Regni noſtri incolas, quàm optima pax & amicitia conſtituatur; prædictas literas concordiæ inter Magnificos Rozyńſcios & SAPIEHA Narimundovitios circa æqualitatẽ bonorum ex capite, ut ſupra diximus, in illos ſucceſſivorum actus, juxta tenorem ſuum, puncta, clauſulas & articulos ibidem expreſſos, in perpetuum approbamus, & ratificamus, & ne â quapiam parte violentur, ſub pœna decem millium florenorum aureorum & lapſu cauſæ, authoritate noſtra Regia prohibemus & interdicimus. Quibus in fidem & teſtimonium, ſigillum noſtrũ Ducale eſt ſubappenſum. Datum Grodnæ feriâ ſecundâ poſt Diminicam Ramis Palmarum. Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo. Regni noſtri decimo ſexto. Præſentibus ibidem ſupra nominatis aliisq; cu-

Curialibus noſtris fide dignis teſtibus ad expreſſa. Hæc Confirmatio Regia. Ex qua ad amplitudinem tum Sunigaylonis tum SAPIEHANÆ gloriæ id propalam adfertur, quòd eadem Ducum Rozyńſciorum & SAPIEHARUM Origo, initia; ac conſangvinitatis nexus ſint. Cæterùm in ſe ipſo etiam Sunigal magna encomiorũ expreſſit ac poſuit inſignia. Ille Unioni ad Annum 1400. fundationi Epiſcopatûs Samogitiæ ad Annum 1421. ſubſcripſit, & hæc præclara molimina ſuper-arbiter ad illa deſignatus, optimè perfecit, & ſolidavit. Imò & in annexo matrimonialis vinculi haud mediocriter ille ſublimatus honore. Duas in maritale conſortium adjunxit magnorũ Ducum filias. Primam voto præcedaneo Anaſtaſiam Principem Hlinſciam, è

Ducali in Severia ſtirpe progenitam, à Gliński ſeu Hliński arce nomen familiæ ſuæ derivantem. Alteram Annam Gaſtoldiam è nobiliſſima in Litvania familia procedentem. Utrumq; hoc conſortium; magnum decus Sunigailoni addidit. Utriusq; proſapia ad illa tempora celeberrima in orbe Litvano fuerat. Glinſciorum nomen & dignitate & fidelitate in patriam percelebre, licèt in Michâéle hujus Familiæ ab Alexandro Rege ad *Annum 1499. Mareſchallo Curiæ* creato perduellionis & perfidiæ labe inſperſum fuerit. Qui inchoatis cum Supremo Mareſchalco Joanne Zabrzeżyński & Palatino Trocenſi inimicitiis, in aula Grodnenſi eũ aggreſſus, caput amputari juſſit, atq; aperta proditione ad Moſchum tranſiit, Litvaniam vaſtavit,

Kojał: hiſt. Litv: p. 2. l. 7.

præ-

prælio deinde fuſus Anno Domini 1508, ac poſt varia factionum & proditionũ diſcrimina tandem ab Owczyna oppreſſus in Moſchovia interiit. Ejus interim familiæ eodem pæne ſæculo candidior in patriam fides in aliis ejuſdem ſtirpis & nominis effulſit, & optimè probata. Siquidem deficiente Severia â Litvania ad Moſchum ſub Alexandro Rege Duces Glińſcii deſertis poſſeſſionibus manſerunt in obſequio Regis, ac ab eodem in Litvania per Volkoviſcenſem tractum amplas acceperunt poſſeſſiones; quorum nomen etiam ad hæc tempora tum in hoc, tum in Polocenſi ſupereſt territorio. Annæ verò Gaſtoldiæ ejusq; præclaro conſorti Heroa & victorioſa ſuæ familiæ nomina decus addidêre. Petrus Gaſtoldus hac ſtirpe natus

tus assumptâ è Poloniæ regno præclari Parentis Buczacki in maritale consortiũ filiâ, ad fidẽ Christianam Romanamq; Religionem conversus, Conventuales Divi Francisci Religiosos Vilnæ ad Templum Sanctæ Crucis collocavit, quos cùm Ethnicus populus, eo absente trucidâsset, sacrilegos parricidas puniri curavit, & in locum occisorum alios advehi, eisq; habitationem ac censum providit. Palatinatum ille Podoliæ, & *Olgierdo M. Duce Lit*uaniæ absente Vilnam pro Duce gubernavit, Palatinus Vilnensis. Ejus præclara gesta refert Kojałowicz ad Annum millesimum trecentesimum trigesimum tertium. Cæterorum autẽ ex hac celebri stirpe gesta in manuscriptis ejusdem & historiâ impressâ leguntur. Hic sufficit attigisse ma-

Hist: Lituan: p. 1. l. 8.

Hist. Lit: p. 2. l. 2.

magnitudinem nominis sociatam Sunigailoni & in filios, eorumq; progeniem, maritali celsitudine propagatam. Siquidem ex tam præcelsa Conjugii sorte, pari etiam felicitate ac superum benedictione æqualem suscepit prolẽ. Theodatum seu Bogdanum (præter Basilium Georgium & Josephum) â quo Litvani olim seu Severienses dicti; & Joannẽ, â quo in Kodeń SAPIEHÆ suam originem & Lineæ divisionem habent. Resecta hac insigni prole ipse obiit Anno millesimo quadringentesimo vigesimo; tumulatọni bonis suis Sapieżyszki dictis.

THEODATUS & JOANNES SAPIEHA Sunigailonis Filii.

MAgnorum nominum & familiarum per plura ſæcula protracta ſeries arboris inſtar ab uno ſtipite in plures frondes & ſurculos perſæpe excreſcit; & quæ pluribꝰ innexa ramulis in radice imũ loeũ tenet per numeroſos in altitudinem aſſurgere ſpectatur ramos. Ita SAPIEHANÆ familiæ initia licet plures in radice complexa ſint nexus ac lineas; in unũ tamen omnes collectas Proſperum Cæſarinũ & inferiori ætate in Sunigayloñ habuêre: hic verò in geminas excreſcunt frondes, Theodatum ſcilicet & Joannem SAPIEHA, ex quibus; plusquam tribus ſæculis in hæc tempora ab Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo vigeſimo, pervarias Curules & Senatorios faſces multi ivêre Proceres. Domus quippe

hæc

hæc ab ætate Sunigailonis; (antiquius non computando ſæculum) numeravit Senatotias Curules ſeptuaginta duas occupatas. Recenſebat Præſuleas inſulas: Mareſchalcales ſcipiones duodecim; undecim Ducales Exercituum clavas; Sex Cancellariæ Sigilla; plurimas Theſauri claves; Cætera Maxima quæq́ Miniſteria, Officia, & Gubernia. Anterius autẽ ante Sunigailonẽ æſtimãdo ævũ, Reges & Duces imò Imperatorum Auguſtã Majeſtatem in collaterali attexuit linea. Et quia Duplex â Theodato & Joanne SAPIEHA Seuerienſiũ antiquitus, nunc verò Litvanorum vulgò, & in Kodeń SAPIEHARUM proceſſit exdiviſio: hinc utriusq́; ſeriem & ordinẽ expendendo; per ſingulos hujus Domus Heroas brevi & compendioſa phraſi procedam.

HISTORIÆ SAPIEHANÆ Pars Secunda

De Heroibus SAPIEHANÆ Domûs descendentibus â THEODATO SAPIEHA Palatino Smolenscensi, Filio Sunigaylonis.

THEODATUS SAPIEHA aliàs BOGDANUS, Filius Sunigaylonis, Palatinus Smolen-

ſcenſis; Severienſium ſeu Litvanorum SAPIEHARUM Caput.

NOn immeritò hic præcelſæ Lineæ caput extitit, qui rectefactis & heroicis actionibus primam ſuæ familiæ Litvano SAPIEHARUM expreſſit faciem. Vir erat ille ſummæ authoritatis, Gubernator primũ in Putywle, dein Notarius Magni Ducatus Litvaniæ, Capitaneo Minſcenſis, tandem Palatinus & Dux Exercituum Smolenſcenſium. Occaſio tranſlationis in Severiam uxor Dux Severiæ, & Severenſium Ducum hi motus fuêre. Severienſes Principes affini nexu Theodato per

Strijkowſki Hiſt: Litv: l. 12.

per conſortem ſociati; Caſimirum Regem Poloniæ & Magnum Ducem Litvaniæ Vilnæ adeuntes, non admiſſi ad ejus conclave. Procedebant hi è ſtirpe Litvanorum Ducum ab Olgierdo originem ſuã ducentes, hinc nomini ac excelſæ familiæ innixus quidam illorum præſumptione majore; & elatiori fronte fores conclavis regii vi aperire conatus eſt. Verùm ab armigero cuſtode repulſus, dum oſtiũ clauderetur digitum pedum inter valvas compreſſum & fractum amiſit. Oſtiarius capite quidem hanc ob cauſam plexus; Principum interim Severienſium non ſopitæ in Regem vindictæ cupiditas, in Moſchoviã properavit, eiq; ſe & ſuum Ducatum ſubdidit ad Annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum primum. Illiga-

gatus affinitatis vinculo Theodatus, tũ ob jura Matrimonii, tum etiam ob ſpem ſucceſſionis in Ducatum Severienſem, quæ illum concernebat, Leviri Ducis Severiæ adhæſit partibus, in Severia manſionem locans, unde poſteritas ejus SAPIEHÆ Severienſes vocabantur, extititq; unius lineæ Domus SAPIEHANÆ Caput. Verùm cùm Moſchus & Severiam & jus ſucceſſionis Bogdano ſeu Theodato ademiſſet, rediit in patriam & â Sigiſmundo primo ejus *no*minis Poloniarum Rege, amplis poſſeſſionib9 in Litvania auctus, eas hucusq; poſteris ſuis tranſcriptas habet. Sub Alexandro & Sigiſmundo Regibus multoties in Moſchoviam Legatus, præſertim Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto, & Anno milleſimo quingenteſimo octa-

Kojał: Strijkowſki.

ctavo. Tandem iteratò bello Moſchovitico captus cũ prole in bonis ſuis Jelna ibidem vitam finivit, relicto filio Theodoro. Ejus ac fratrum fidelitatem in Regem & Patriam Paprocki amplè enarrat hâc ratione, quòd ſub Caſimiro Principe Jagiellonide, poſtquam Moſchoviæ præcipuam urbem in confiniis Litvani Principis ſitam, Smolenſcum, Moſchoviæ Dux poſſediſſet; Heròés præclari illius regionis ſeu territo*rii*, ad minores in Litvania poſſeſſiones ſuas, relictis amplioribus ad Smolenſcũ, tranſivêre; conſervando fidem & fidelitatis documenta in Patriam. Horum è numero fuêre SAPIEHÆ, Kopcii, Hryczynowie, Mieliefzkovii. Cõpendiatum elogium & ſummam actionum Theodati SAPIEHÆ lapidario ſtylo

Paprocki fol: 1.81.

in Ecclesia Kodnensi descriptam hanc habe. D. O. M. *Bene' veniſti hoſpes: in hoc monumento Magni nominis memoriam recoles. Quæris Heroem? Primam ſtirpem trahit Litvano Ducalem. Bogdanus Simeonides in Opakow & Ielna Sopiha Notarius M. D. L. Gubernator, demum Dux Exercituum, Palatinus Smolenſcenſium. Sunigalii Simeonis Caſtellani Trocenſis ex Gaſtoldia Duce Primogenitus Filius. Ivani in Kodeń Palatini Podlachiæ Germanus Frater. Secundæ Lineæ SAPIEH ANÆ caput. Domus totius decus, Reipublicæ columen. Filiæ Ducis Severiæ, qui regnavit ultra Kijoviam, Herediſſæ conjunx, imò deſignatus, poſt fata Leviri Severiæ, Princeps, ni contrarius belli vicini eventus Provinciam Regno Poloniæ, jus ſucceſſori unâ ademiſſet. Sub Ioanne Alberto ſtrenuus in illis*

oris

oris pro patria captivus. Sub Alexandro & Sigiſmundo Regibus in Moſchoviã Legatus. Collatarũ, in vim amiſſarũ, per Litvaniam poſſeſſionum amplarum hæres. Quantã ex ſe reliquerit poſteritatẽ diſce. Ex magno de propriis lumbis Pronepote Ioanne Petro Capitaneo Vſviatenſe, Recuperatæ Severiæ, ac Regis Nomine per Zołkievių Atavorum jure ſibi traditæ Gubernatore. Pro Sigiſmundo III. ad Kopenhauſum. Derpatum &c. in Litvania. Ad Troycam in Moſchovia, aliiſq; triginta victoriis belli Generale claro. Ideòq; invictus triumphator, â ſcriptoribus Intitulato. Pauli; hoſtium domitor, dicti, Palatini Vilnenſis & Supremi Exercituum Litvaniæ Ducis, Parentis Modernæ Illuſtris Sobolis, Ducalium clavarum, Scipionum Mareſchalcalium, Supremis M. D. Litvaniæ miniſteriis exornatæ.

tæ; Genitore. Suscepit in se Novogardiæ Severiensis solum tanti viri exuvias, easdem Nidus Comitatûs, domicilium & tumulus SAPIEHARVM Kodeń, per suum ex fratre post nepotem Casimirum Palatinum Trocensem Sacris inscribit Penatibus. Tanti Elogii eximius heros Theodatus SAPIEHA, præter Theodorum, duos insuper reliquerat filios, Alexandrũ & Constantinum, quorũ par cum parente sors, in Moschovia vitam transigere fecit, & nonnisi in *nepote Theodati ex Theodoro* prognato Paulo SAPIEHA Castellano Kijovienſi familiam Lineæ suæ in patrium solum iterum remigrare permisit.

THEODORUS SAPIEHA Dux

in

in Chrzszczonow, & PAULUS SAPIEHA Castellanꝰ Kijovienſis, ille Filius, hic nepos THEODATI SAPIEHA.

ÆQualem cum Patre suo Theodorus nactus furtunam, patriis non enituit honoribus, utpote Moschovitico adhuc detentus solo, nisi quòd ab hæreditariis bonis Chrzszczonow dictis, Ducis sibi juremerito vendicaverit titulos. Adlegit in consortem è familia Ducum Łukomlenſium, de quibus Okolski sub armis Łażanki, & titulo Lukomlenſes Ducus. Auxit associata *Okolski tom: 2. fol: 44. & 206.*

hæc

hæc familia Theodoro gloriam: de qua ex Authoribus nonnulla hîc inſpergam. Duces Polocenſes & Lukomlenſes uti opum potentiâ, ita nominis hæreditate percelebres ; quondam amplas Ruſſiæ poſſedêre ditiones, â Viguntho Jagellonis fratre, qui apud Ruſſos Religionem Chriſtianam profeſſus fuerat, & nomen Andreæ in Baptiſmo acceperat; bonis ſuis exturbati. Dum quippe regiæ agerentur nuptiæ, Vigunthus Conradũ Colner Magiſtrum *Crucigerorum* induxerat in ſolum patrium, qui longè latèq; Litvaniam depopulatus, Lukomliã arcem vi captam, Andreæ Jagellonis Fratri gubernandam tradidit. Sed Rex per Skirgelonem & Vitovdum Lukomliam & alia recuperavit, & Andream captum in arce Checinenſi incluſit; quem poſt tri–

Cromer. l. 5. fol: 246.

triennium, Vitovdo & aliis Ducibus interuenientibus, Regiq; pro ipſo fide-jubentibus, dimiſit. Præclara hæc Domus in ſuis heroibus extitit; inter cæteros Conſtantinus Dux Łukomſki Anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo Ductor cohortium in expugnatione Ułæ erumpentes Moſchos repreſsit, ſuisq; animos addidit. Sub Stephano Rege miſſus cum legione Coſacorum Turowlam, eam arcem Moſcho eripuit, captis ejus loci Palatinis. Joannes Łukomſki quæſtor Orſenſis teſtamento fundavit ex Ordine Divi Franciſci Conventuales, uti habet P. Corona ejuſdẽ Ordinis. Plures ejuſmodi Heròás legere eſt in Nomenclatoribus Stemmatum & familiarum. Equorum proſapia in Conſortem Theodoro SAPIE-

HA

HA venit; in patriis ceris SAPIEHANO ſplendori novum invehens phenomenon. His ſplendoribus prognatus pulcher radius, nempe filius eorum Paulus, Caſtellanus Kijovienſis, fortunatus patriæ ſuæ poſſeſſor, in illam poſt multa diſcrimina Patrum & incommoda Moſchovitici ſoli rediens. Hic ſit

PAULUS SAPIEHA Caſtellanus Kijovienſis Filius THEODORI.

PRoſperiore hic ſorte, & gratioſa Superum diſpoſitione in patriam relatus, cùm illius Progenitores vi Moſchovitica abrepti, exoticum incolere ſolum, & extra patriam dies ſuos fatorum viciſſitudine, non interim abſq;

Nu-

Numinis gubernio egerint. Præter Caſtellani Officia, Lebecẽſis, Przewalſcenſis Præfecturæ ſorte donatus, ab erectis in Ruſſia Templis & Divorum aris multùm laudabilis gratum Numini exhibẽdo obſequiũ, quòd inter patriæ ſinum licuerit vitam exigere. Conſortẽ è præcelſa domo adlectam habuit Chodkieviciam Caſtellani Vilnenſis filiam, cujus nominis origo præclara & vetuſta, progreſſu temporis multis honorũ titulis & ſuffragijs adornata eſt. Okolſki citans Bielſcij folium 313. ait in Hrodle accepta eſſe â Chodkievicio arma Koſcieſza ſeu Strzegonia. Expoſt Hieronymus Alexander Chodkiewicz Caſtellanus Trocenſis, & Capitaneus Samogitiæ (uti ſe ſubſcripſit ceſſioni terræ Bielſcenſis factæ per Sigismundum Au-

Okolſki Orbis Polon: tom: 3. fol: 139.

gustum Anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo) legatus ad Cæsarem ab Augusto, ibidem honorem Comitis in Szkłow & Mysz meritò accepit; ac stemma sic immutavit; ut medium scuti retineret vetus stemma Koscieszа â parte dexterâ, sinistram verò occuparet Gryphs in extremos pedes erectus, anterioribus ensem vibrans; ex corona quoq; cassidis similiter promineret gryphs gladium vibrans inter duas tubas. *Occasionem primi hujus* Domûs agnominis, & seriem Procerum ac multorum Senatorum ejus, multis enarrat Kojałowicz, in manu scriptis; & plurimi Historiographi ac Stemmatum Nomenclatores. Mihi in encomium Consortis Pauli, heroas actiones Domûs suæ in SAPIEHARUM gloriam per affi-

Okolski Stemat: Kosciesz: fol: 473.

finem nexum derivantis, sufficiet attingere hîc Caroli Chodkievicii actus (fusè ab aliis enarratos) cujus etiam filiam SAPIEHÆ elocatam testatur Okolski. Carolus Chodkiewicz primùm Pincerna M. D. Litvaniæ, Dux Campestris, Capitaneus Samogitiæ, Commissarius Livoniæ, demum Palatinus Vilnensis, & contra Osmanum ad Chotimum Supremus Dux Exercituum Regni & M. D. L. Fundavit in Cretinga PP. Bernardinos magnificè, In Bychow Canonicos Regulares opulenter, PP. Societatis JESU Crosis peramplè. Fortuna belli illius talis fuit: Venit, Vidit, DEUS vicit. Testis Volmarium, Parnava, Riga, Dinamuntum, Derpatum, Białokamienium. Testis & Carolus Princeps Sudermaniæ, Testis Moscho-

Idem fol: 474.

Idem ibidem.

via, Rokoſſum, Chotinia. Ex Sophia Mieleeka, filia Palatini Ruſſiæ,& Supremi Generalis Exercituum Regni,& Duciſſa in Słuck, ſuſcepit filium Hieronymum, qui obiit in florenti juventute. Altera conjunx relicta vidua, quæ voto caſtitatis obligavit DEO dies vitæ ſuæ; erat filia Alexandri in Oſtrog Ducis Palatini Volhiniæ. Obiit in caſtro Chocinenſi in Valachia Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo. Sepultus in Oſtrog. Hæc ex Okolſki *relata* addunt per amplã laudum materiem SAPIEHANÆ domui, quæ paria ſibi adlegere conſvevit nomina. Ex Chodkiewiczowna præclaram ſecum in Domum SAPIEHARUM per affinitatem invehente familiam, Paulus SAPIEHA Kijovienſis Caſtellanus quatuor numera-

ravit Proles; ſcilicet præter inſignem Heròém, (de quo ſequẽtib9 paginis) Joannem Petrum Capitaneum Uśviatenſem; Dominicũ, & duas filias. Sophia filia Pauli, elocata Principi Sanguſzko. Alteram ejus Filiam Kiſzka Palatinus Mſciſlaviæ maritali ſibi junxit fœdere. Sanguſzkorum Princeps proſapia in nexum SAPIEHARUM veniens, nota orbi Palæmonio alibi deſcribetur. Kiſzkarum hîc brevi ſtylo, ex occaſione in conſortem, filiæ Pauli SAPIEHA; Palatino Mſciſlavienſi, datæ; vetus æſtimanda origo & ſeries. Nobiliſſima Kiſzkarũ familia ſuperiori ætate extincta quo ad prolem maſculam, originem traxit â Zgierſcio Maſovita de Ciechanowiec Aulico Joannis Biały Dynaſtæ Litvaniæ, qui filiam unicam cum ampliſſima he-

hereditate ejuſdem Dynaſtæ in Matrimonium accepit. Utebatur Stemmate Dąbrowa. Fuêrunt è familia Kiſzkarum Supremi Duces Exercituum M. D. Litvaniæ duo. Palatini Polocenſes, Smolenſcenſes, Podlachiæ, Caſtellani Vilnenſes, Trocenſes & cæteri Senatores octo. Epiſcopus Samogitiæ unus, Theſaurarius & Dux Campeſtris M. D. L. pariter unus. In hanc præclaram familiam tradita Eliſabeth filia Pauli SAPIEHA *protulit filiam, quæ Chriſtophoro* primo Radivilio in conſortem veniens, Januſſium Radivilium Filium habuit. Paulus verò SAPIEHA præter hanc eximiam ſobolem, etiam in filio Capitaneo Uſviatenſi præcipuâ gloriâ Illuſtris apparuit.

JO-

JOANNES PETRUS SAPIEHA, Capitaneus Usviaten: Dux Exercit: ſub Sigiſmundo III. Filio Pauli. Caſtell: Kijovien:

PErvetus obſervatio & antiqua rerũ experientia, continua eruditorum animadverſione docet; ex bellicoſis heroibus imbellem rarò generari prolem; & quod cæterorũ animantium ſolet efficere natura, id humana duntaxat imitatur ſolertia, ut ex forti Leone Leoninæ audaciæ vir, & non timida procedat Vulpes, quæ heroos Patrũ animos in ſe ſuſcitatos, & non emortuos ſciat. Hic partus SAPIEHANÆ Domûs eſt;

in qua

qua fortiores ſucceſſu temporis enaſcũtur Hectores, & communicatam ſibi â progenitoribus fortitudinem, ampliori in ſe ſuccreſcentem ſinu excipiunt. Ita Joannes SAPIEHA partam â prædeceſſoribus gloriam, ſuis triumphis ampliavit. Bellator acerrimus & Moſchoviæ triumphator ad Annum milleſimum ſexcenteſimum primũ, Ductor Cohortis in victoria ad Kokonhaus. Ad Annum milleſimum ſexcenteſimum tertiũ, in obſidione Derpatenſi mediam Caſtrorum partem ſibi â Chodkievicio cõmiſſam habuit. Milleſimo ſexcenteſimo quinto, adfuit Victoriæ Kircholmenſi, & ut Piaſecki memorat, præfuit alæ dextræ. Bello civili ſuis ſtipendiis pro Rege duxit unam haſtatorum, alteram velitum cohortem, ſeu centuriam.

Okolſki tom: 2. fol: 150.

Piaſecki.

Un-

Unde & ſtipendia, Conſtitutionibus Anni 1609. ei debita juremerito approbata, ad fortiora agenda addidêre animos. Anno ſiquidẽ inſequente milleſimo ſexcenteſimo decimo in Moſchovia, partes Demetrii ſecutus, triginta millia Moſchorum ad Troycam profligavit, mox ad Borowſko decem millia Suyſciani militis: trigeſies in Moſchovia pugnavit, & vicit. Deſerto tandem Demetrio impoſtore ad Regem Sigiſmundum acceſſit, ac oppugnata Metropoli Moſcuana, cum Bellicoſiſſimo Duce Zołkievio; in palatio Magni Ducis Moſchoviæ, ſuis triumphis immortuus eſt. Meritò tantus Heros inter Bellatores Sarmatiæ hoc Elogio poſitus eſt: *Ioannes SAPIEHA Andreæ Palatini Polocenſis ex fratre nepos, per omnem honeſta-*

Kojałowicz Hiſtor: Litv: p. 2. in præfat.

Olſzewſki in Conc: funebr.

Simon Staroweſki in Bellator. Sarm:

rum

rum artium cultum, puevitiam adoleſcentiamq́; tranſegit. Ætate verò maturior, bellis Livonicis, ſub Nicolao Radivilio, atq́; Carolo Chodkievicio, cohortis unius Præfectus contra Svecos militavit. Bello deinde civili extincto; quo tanquam tempeſtate quadam cætera omnia concutiebantur; ſemper conſtans Propugnator optimarũ partium fuit. Et Demetrio Exule in Moſchoviam â Polonis reducto, cùm omnia fatali bellò permiſcerentur, & Demetrius â ſuis ſubditis occiſus eſſet; Moſchoviaq́; fere univerſa cũ urbe Metropoli â noſtris poſſideretur; Ioannes â Commilitonibus ſuis Dux electus, admirabili quadam laude Equitum phalangi præfuit; ut non modò opinionẽ vicerit omnium, quæ de virtute ejus erat, ſed etiam gloriam Superiorum. Multis ſiquidem in locis rebellantem noſtris Moſchum, cladibus ma-

maximis affecit; profligatoq́; ad Troyczam Suyſcii Tyranni exercitu, cæſis una acie octodecim millibus, majorum ſuorum claritudinem, quorum fidem in Regem, nulla vis tempeſtatis libavit, egregiis facinoribus editis, tantò magis illuſtravit, quantò plura ex hoſte trophæa bello illo reportavit; in quo tot viri eximij ac Heróés militaverant, cum tanta diverſarum rerum varietate, tantaq́; mutatione fortunæ. Vbi & ille laboribus confectus, vitam expiravit, fama meliore quàm fortunâ: ſiquidẽ pulchritudinẽ ac ſpeciẽ excelſæ, magnæq́; gloriæ vehementiùs, quàm cautè appetebat. Hæc Starovolſcius: Cui ob egregias dotes & virtutẽ, hoc etiã breve Epitaphium ſcripſit. *Ioannẽ SAPIEHA Præfectum Vsviatenſem ſtrenuæ fortitudinis virum, amantemq́; militiæ, ne immortalis fieret (id enim de ſe promittebat,*

relictâ â ſuo cognomine, bello Moſchovitico, ſecta militari) Anno ætatis Chriſtianæ milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, immatura mors extinxit, nec ſivit patrios inviſere lares. Tu qui legis, ne patere tanti viri manes in hoſtico errare, ſed, ſi pius es, apprecare quietem in cæleſti illa atq; æterna Patria. Lectiſſimus hic inter Bellatores Sarmatiæ Heros, lectiſſimã etiam ſibi conſortem, è pervetuſta familia Weyherorum Caſtellani Culmenſis filiam adlegerat, cujus proſapiæ antiquitatem & excellentiam Culmenſis Palatinatus & Monaſteriũ Olivenſe refert. Nonnullos è ſtirpe Weyherorum præclaros bellatores referam, ut conjuncto per maritalem aſſociationem Joanni Petro SAPIEHA etiam ſociata Weyherorũ gloria in decus ejus vergat. Erneſtus Weyher toti

Strijkowſki fol. 790.

ti Europæ, ut ait Strijcovius, in bellicis actib9 not9, parẽ ſibi protulit filiũ; qui in Caſtris ad Zawołocie occiſus, peperit triumphos ſui cæde; quos relatos per militiam Polonam, Hiſtoriæ perhibent. Bielſcius in bello cum Erico Svecorum Rege, meminit Tribuni militum Weyher, Joannes etiam Weyher Palatinus Culmenſis, Puczenſis, Czluchovienſis, Radzinenſis, Sobovicenſis &c Præfectus, totã in militia exegit vitam: Legationes ad Sudermaniæ Ducem Carolum fecit; pugnavit contra Michàélem Tranſylvanum, contra Moſchum, Svecos: Quem ideirco Civem pace Sanctiſſimum, Legatum ad exteros prudentiſſimum, militem in bello expertiſſimũ, Mecænatem omnibus ſingularem; ampliſſimum in Curia Senatorẽ, dixerunt.

Bielſcius fol: 610.

Okolſki tom: 3. fol: 311.

Cæteros pariter Okolíki ex hac Domo enumerat Heroas, qui ejuſdem nominis inſigne Weiher dictum, tres ſcilicet uncos ferreos, & quatuor roſas in quatuor campis per lineas diſtinctis, in patrium decꝯ aſſumpsêre. His Progenitoribꝯ oriundâ ex Conſorte ſua Joannes Petrus SAPIEHA non imparem tantis nominibus prolem habuit, ſcilicet Florianum Capitaneum Zdzitovienſem, Carolum in tenera ætate, florem ſucciſum (præter Andream Caſtellanum, & Paulum Joannem Palatinum Vilnenſem, ac Joannem Capitaneũ Kierſznenſem, quos, ſequentes evolvent paginæ) Suſannam etiam Gottardo Tyzenhauz Palatino Vendẽſi, viro perquàm erudito, in conſortis ſuffragium conceſſam. Ejus conjunx Palatinus ſcilicet Vendenſis (cùm Livoniam

niam obtinuiſſet Guſtavus Adolphus Rex;) ceſſit in Litvaniam, relictis opulentiſſimis ditionibus in Livonia, & conatus refutare Bellarmini aliqua opera controverſa, ad fidem Catholicam acceſſit. Habuit hic Gottardus Tyzenhauz Palatinus Vendenſis annui reditûs in Livonia ultra duos milliones; quos cùm Guſtavus offerret, ut ad ſe pertraheret; reſpondit ille: *Senator Regni ſum, non decet me eſſe proditorem;* plura ejus encomia, ac familiæ hujus, Kojałowicz refert; mentionemq; facit Suſannæ filiæ Joannis SAPIEHÆ, quæ tanto viro in conſortem cedens, etiam paterno ſplendori pulchros radios appoſuit. Æquale decus addidit Chriſtina Radziejowſka Palatino Jnowroclavienſi ex illis Heroibus prodeunti in conſortem elo-

Kojał: in manu ſcriptis.

cata, qui, ut ait Okolski, erant Reipublicæ proficui, & Dominis fidelissimi, quapropter & â Ducibus Masoviæ, & â Regibus Poloniæ, multis honoribus aucti. Filia hæc Joannis SAPIEHA in ornamentum Patris præclaro consortio cessit. Quanta verò in filiis posteritati porrecta est gloria, jam pateat.

ANDREAS SAPIEHA Castellanus Vilnensis, & JOANNES Capitaneus Kierszneńsis, Filii JOANNIS PETRI SAPIEHA Capit: Usviatensis.

Præ-

PRæclarum est ad exornandos familiæ progressus, variatis, Martis & Consi eminere curulibus; ut dum bellicosi quosdam in rem Patriæ & cõmunis boni emolumentũ exagitant spirit9; nonnullos pacatiora distineant subsellia, Togâq; præindutus appareat filius; dum sago succinctus Parens, multa heroo animo pro Patria agendo, vix aliquid, aut nihil succedenti in patrios spiritus ad perficiendum reliquit proli. Ita Bellicoso Parente, Joanne Petro SAPIEHA Capitaneo Usviatensi, togatus inter Palæmonios Quirites prodiit Senator, Andreas SAPIEHA, Castellanus Vilnensis, multis tantæ dignitatis fultus præeminentiis, pluribus in Regio Areopago, & Regalis brachii Supremo Tribunali præcellens honoribus; septies si-

quidem Mareſchalli Supremi munus in hoc ſupremo Judiciorum foro obiit, eâ gloriâ, quæ exarata per paginas, à poſteritate legitur; illis ad Sanctam æmulationem & pulchram exempli normam, qui vix ſemel meriti hoc officii geſtare decus; ne in poſterum eiſdem conferatur, deviante, à recta judiciorum linea, injuſtitiâ, demeruêre. Togato ſcilicet ſubſellio glorioſum proſapiæ ſuæ Andreas nomẽ intulit, & dũ illud ſuccinctũ Sago, per externas ſparſum Provincias ac regna, pulchro armorum perſonabat fragore, tandem inter Conſi litigia & judiciarias Curules vocalem proſapiæ ſuæ diſtendit gloriam. Nec inter Areopagi ſolùm ille cancellos ſua concluſit encomia; magna pars laudum ex dotato Patrum Minorum de Obſervantia Grod-

Grodnenſium clauſtro, additur, qui Juſtus inter judiciarias deciſiones ponderator cauſarum, gratioſus etiam in ſacrã hanc familiam multis beneficiis, gratiis ac donis, fortè nondum ſufficienti dotatum fundationis gratiâ per Liſowſcianũ militem, hoc cumulavit domicilium. Tantis inſtructus præcelſarum virtutũ ac dotum prærogativis; paris indolis in conſortii fœdus adjunxit ſibi conjugem, è pervetuſta familia Heydeiſteyn Caſtellani Gedanenſis, procedentem filiam. Ex qua Carolum in primo vitæ limine decedentẽ, & Iſabellam Principem Radiviliam Pocillatori M. D. L. ſociatam procreavit. Æquali gloriâ à Fratre derivatâ etiam Joannes SAPIEHA Capitaneus Kierſznenſis reſplenduit, qui à progenitoribus transſumptam lucẽ, am-

 pli-

pliorem per annexum consortis phænomenon reddidit. E Familia siquidem excelsa per Litvaniam, Dziewałtoviam conjugem habuit, cujus familiæ origo ab eodem cum Radivilijs Auctore, nempe Gregorio Ostyko procedit, quare utitur armis Trąbki. Ostiko enim fuit Filio Rak, nepos Ciołek, Pronepos Osuk, Abnepos Gintult; ex quo genitus Bartholomæus Gintułtowicz Dziewałtowski, viros celebres rebus militaribus propagavit. Ex hac stirpe Dziewałtoviorum prognatus Hieronymus Dziewałtowski Societatis JESU, Ecclesiæ Grodnensis, eorundem Patrum insignis ampliator, cui etiam loco, bona Szupienie dicta, in districtu Orszanensi perpetuo jure inscripsit. Quibus progenitoribus sata consors Joannis SAPIEHA Capi-

Kojał: in manuscriptis.

pitanei Kierszneńsis, nullam ex eodem suscepit prolem, feliciorem hanc sortem Excellentissimo Fratri conjugis sui cedens, qui & bellicosus ac strenuus Heros, & insigni prole conspicuus, Palæmonio orbi illuxit; & hic est

PAULUS JOANNES SAPIEHA, Palatinus Vilnensis Supremo Dux Exercituum M. D. L. dictus, Servatæ Litvaniæ Pater, Filius JOANNIS PETRI SAPIEHA Capitanei U-

Kojałowicz in manuscr:

ſviatenſis, Ducis Exercituum ſub Sigiſmundo III.

QUæ olim, Honorii & Magni Ducis Stiliconis Encomiaſtes ſuæ ſcriptionis exprimens materiam, in unum collegit omnia, inſinuans, *quæ diviſa beatos efficiunt*, tu ſolus *collecta tenes*; hæc mihi Pauli Joannis SAPIEHA *attentanti percurrere* heroica facinora, ac pulchras in bonum Patriæ agendi vices, nec ſatis pretiosè æſtimandam vitæ rationem perpendenti occurrunt; planè, quæ exdiviſa in cæteros hujus excelſæ proſapiæ Heròés felicitas ſpectabatur, in hunc collecta cum omni bellicæ gloriæ concẽtrato ardore eni-

nituit. Brevibus hoc expreſſit Kojałowicz, dum de illo ait: *Vnicus hic ſervatæ Litvaniæ Pater*, & brevem actionũ ac officiorum ſummam, hanc ponit: *Paulus Ioannes SAPIEHA M.D.L. Caſtrametator, primùm Vendenſis, deinde Vitebſcenſis Palatinus, Capitaneus Roſlavienſis, Borcianenſis, Zdzitovienſis, poſt excultos primos annos literis Brunsbergæ, ſimul juvenis & miles ac ductor cohortium: ad Smolenſcum & Biała milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio fortiſſimè ſe geſſit, cum ſua Haſtatorum cohorte ſub Vladiſlao IV, & ad Bereſteczkum milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quarto ſub Ioanne Caſimiro. Quare judicio Reipublicæ primùm milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo, ſub Electione Ioannis Caſimiri deſignatus eſt Generalis tuendæ Breſtiæ, contra rebelles Coſacos, deinde*

Kojał: in manuſcript.

de milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, erumpente proditione domeſtica, qua Moſchus & Svecus Litvaniam occupârunt, ab univerſa nobilitate, & Sereniſſimo Rege, rogatus, curam reſtituendæ Reipublicæ ſuſcepit. Palatinus Vilnenſis & Supremus M. D. L. Dux renunciatus. Ad Breſtam fuſo Horuſow Moſcho, ſpe occupandæ Breſtiæ & Pinſci Moſchos atq; Coſacos dejecit. Regi Leopoli redeunti, progreſſus in occurſũ, Svecos â minore Polonia arcuit; Lublino ejecit; Varſaviæ obſedit, donec reliquæ copiæ ſuccederent. Expugnationi Varſaviæ plurimùm contulit. Moſchorum atq; Svecorum artes ac promiſſa contemnens, Regi fideliter adhæſit. Rakocio ejiciendo plurimùm contulit. Militem abſq; pecunia Reipublicæ, de ſuo, ſub ſignis continuit. Hæc Kojałowicz. Verùm pauca de tanto He-

Heròé, cæteras non attingens præliorũ & triumphorum ejus rationes. Eaſdẽ, ac alias, profuſiori ſtylo in monumentis SAPIEHANIS, de hoc Heròó Duce, ita deſcriptas actiones lego. Paulus Joannes SAPIEHA Magni illius Bellatoris, atq; Moſchorum Domitoris ſub Sereniſſimo Sigiſmundo tertio Poloniæ & Sveciæ Rege, Joannis Capitanei Uſviatenſis non diſſimilis Filius, qui ab ipſa juventute non aliud, quàm renovare & addere nomen Familiæ cogitavit. Corã Sereniſſimo Rege Vladiſlao quarto, Smolenſcum Moſchis obſidentibus fortia animi, multis vicibus demonſtravit; atq; ſubterraneis cuniculis, tormentario pulvere, diſruptis, in periculo vix vitam conſervavit. Factus deinde Palatinus Vilnenſis, Supremus Exercituũ *Okolſki tom: 2. fol: 154.*

Dux M. D. L. Słonimenſis, Zdzitovienſis, Wroclavienſis, Capitanenus; Szawlenſis & Cobrinenſis OEconomiæ Adminiſtrator: in his titulis & dignitatibus qualis & quantus fuerat; tota apud Scriptores loquitur poſteritas. Quantò latiùs per orbem, ad Annum milleſimum ſexcenteſimum, quinquageſimum quintum, de Republica noſtra conclamatum fuerat; tantò grãdior, certiorq; laus ſervatæ Patriæ Illuſtr: Palat: Viln: conſtat.

Kojałowicz hiſt: Litv. p. 2. in præfat:

Deploratiſſimus ſiquidem ea tempeſtate Litvaniæ ſtatus erat, Latera ab omni ſimul parte finitimorum armis concutiebantur, viſcera diſſidiis factionibusq; civicis fatiſcebãt, Rege, temporum injuriâ, extra Patriam tantiſper ſe ſubtrahere coacto; nemo ad reſiſtendum hoſtilibus machinis par erat. Ex duobus militiæ Litvanæ Ducibus, Supremus

mus, re, quam perditam putabat, deſperatâ, ſub novo hoſtium imperio arma componere maluit; Campeſtris nihil agere potuit. Supererant quidem exigui milites ſaniora conſilia ſecuti, reliquiæ, quidvis pro aris & focis auſuræ, ſed abſq; nervo imbelles acturi vires. In tanta publicæ rei calamitate Illuſtriſſimus Paulus SAPIEHA, votis exercitûs, ſtudiis nobilitatis, ſuffragio & authoritate Regia, Palatinus Vilnenſis, & Supremus Litvanæ militiæ Imperator renunciatus, ſe in Ducem belli, fortunas omnes in nervũ pro Rege & patria devovit. Quamobrem ſicut longè laudabiliùs æſtimatur, invenisse; quàm inventis addidiſſe, ita quanquam nemo negaverit non defuiſſe viros Regi fidos, pacemq; amantes, qui erigendæ Reipublicæ humeros ſuos admoverint: quòd hanc tamen ſupremã gloriam juvandæ Patriæ

priæ infinitis implicitæ periculis ſit aggreſſus, ſolus ſibi optimo jure vendicat pervetuſtam, nullisq; caſibus ruptam in Majorum ſuorum Domo fidei in Patriam & Principem, conſtantiam. Graſſanti impunè Moſcho, primus aperto campo ſe âd Breſtam objecit, atq; exigua manu Horuſovum cum octodecim millibus illi Provinciæ impendentem profligavit. Ad nuntium Regii in Ruſſiam reditûs; primus in occurſum Litvana ſigna duxit, atq; Svecũ Lublino depulit. Primus Varſaviam tunc Polonüæ Regum ſedem; hoſtilium Optimatum domïcilium, armatis cinxit cohortibus, quo facto Sveticis capitibus evadendi ſpem præcidit, & Civitatis, arcisq; obſidionem, ſupervenientibus Regiis copiis expeditiorem reddidit. Oppugnatio ſubſecuta, ſemper ei conſilia, impenſas, operam in parato habuit. In pugna

ad

ad Varſaviam, Svecus cum Brandeburgicõ aliquot cohortum milite loco motus, tormentaria vi deſerta, fugam non obſcurè reſpectabat, non ampliùs animum & prælium reſumpturus; ſi per tibiæ confractæ dolores Illuſtiſſimo Paulo, campo invehi, auxilia ordinare, gladio, pro more ſuo, victoriam urgere licuiſſet. Quàm integer illi in ægro corpore animus conſiterit; argumento poſteris erit, quòd brevi perfecerit; ne hoſti ex depulſis campo Regiis copiis, voluptas diuturna eſſet. Mira enim celeritate, ingentiq; ſumptu, attrita reparavit ſigna, atq; dum ipſe ægritudine excluderetur â campo; Collegæ ductu; ſuis auſpiciis, hoſtem ad Proſtki inſigni clade fudit, caſtris ac impedimentis exuit. Poſt Filipovienſem cladem rurſus exercitum reparavit, atq; reſumptis aliquantùm viribus, ipſe Tykocinum duxit,

Obtinebatur locus ille, firmô Svecorum præsidio, quòd terna propugnacula vallo, operibusq́; trium instar diviſarum arciũ permunita, atq́; tormentis instructa insederat: unde vicinas Provincias, Maſoviã ac Podlachiam graviſſimis incurſionibus infeſtabat. Obſidio ejus nuper ab aliis irrito, ne dicam, damnoſo conatu, tentata, pertinaciam hoſti auxerat. Verùm ab Illuſtriſſimo Paulo Sapieha Palatino Vilnenſi, ſimul undiq́; admotâ vi, intra pauculas horas, ejus fortitudini ſuccubuit; cujus clementiam pridie rejecerat. Inde per Tribunos ſuos, Pruſſiam Sveticas partes ſecutam, latiſſimè vaſtavit, quo conſilio vires hoſtium avertendo; Regi iter Dantiſco in Poloniam apparanti ſecuritatem munivit. Novo â Tranſylvania exorto bello, Legiones, quòd nulla eis è publico ærario ſtipẽdia numerarentur; militiam detrectantes, in ob-

obſequio, de ſuo continuit; atq́; módica recreatas quiete, in hoſtem movit. Narviâ & Bugo ſuperatis, Ianoviam & Mielnikum, cæteraſq́; Podlachiæ arces recepit. Præſidii Breſtæ impoſiti excurſiones ſtitit. Lublinenſẽ oram, hoſtibus ejectis, vindicavit. Rakocio ad Zavichwoſtum Viſtulam tranſgreſſo, atq́; extremam vaſtitatẽ Viciniæ omni ferociter minanti, caſtra ſua oppoſuit, Equitatûs populabundi per obvia graſſationes caſtigavit, repreſſitq́; auxilia Zaporoviorum, humanitate ac liberalitate ſua, Litvano nomini devincta cum Tranſylvano avertit. Vniverſum totius exercitûs robur hoſtile ſolido triduo feliciter ſuſtinuit. Deniq́; inſtructa pro caſtris modica ſuorum manu, hoſti victoriam extorſit. Abeuntem verò, aut potiùs fugientem conſtanter inſecutus: â Lateribus excurſores cædendo, cohortes tardiùs

pro-

procedentes intercipiendo, impedimenta diripiendo: tantaTranſylvanos afflixit clade; quantam illi, cùm ſe pugnæ ſubtraherent, timuerunt. Parte Copiarũ equeſtrium, Duce fortiſſimo Tribuno Alexandro Połubińſki, trans Viſtulam miſſo, plurimùm contulit; ut ſemel iterumq; Tranſylvanis â Polono milite cæſis, intra paucos dies integrè debellaretur. Digreſſus è caſtris cum ſuo domeſtico comitatu, equeſtrem Haſtatorum centuriam, Breſtâ ad Tranſylvaniæ Principem, tendentẽ, quàm animosè invaſit; tam fortunatè delevit. Verſis deinde in Moſchum armis ſub conſpectu hoſtium non procul Vilnâ Caſtra fixit. Legatorum Regiorum ſecuritatem, atq; in iis Regis & Reipublicæ Majeſtatẽ ſub lubrica perjuræ gentis fide, in ancipiti poſitam, ſervavit. Deſtinatas à Georgio Dołhoruki in profundiorem Litva-

tvaniam excurſiones ſtitit. Auxiliis è Moſchovia venientibus viam ad Miedniki præcluſit. Ipſũ Ducẽ cum Exercitu Moſchoviam, fugientis ſpecie, repetere cõégit. Minſcum admotâ per Legatum ſuum vi hoſti eripuit. Curoniam dolo vicini Sveci interceptam per ſuas copias, injuſto poſſeſſori, Anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono, ademit; Reipublicæ aſſeruit. Andream Chowańſki Moſchum ingenio ferocẽ, ſucceſſuum nuperorum memoriâ audacem, quatuor ſupra viginti armatorum millibus præfidentem, collatis ad Poloncam ſignis, profligavit, atq; eodem curſu triumphali caſtris hoſtilibus à pugnæ loco, per aliquot leucas diſſitis, victor invectus, Arcem ſui juris Lachowicze nullius hoſtis poſſeſſione violatã, trimeſtri oppugnatione fatigatam, Reipublicæ ſtudioſè vindicavit. Promoto deinde

trans Boryſthenem exercitu, alterum hoſtilium copiarum Ducem Georgium Dołhorukĭ (qui magis metu, quàm vallo exercitum ſuum ad fluvium Baſia clauſerat) infeſtis incurſionibus in apertũ elicuit, auſumq; aciem ad præliũ inſtruere, toto equitatu feliciter mulctavit. Verbo rem complector, quidquid ſervatũ, aut reſtitutũ in Magno Ducatu Litvaniæ eſt, & erat, inter tanta calamitatũ tempora, totũ id integrè Paulo SAPIEHA debent univerſi, debebitq; poſteritas illũ verè Patrem Patriæ prædicatura. Tantus itaq; Heros, tantisq; glorioſus triumphis, etiam Divorũ cultu celebris, Religioſos Ordinis Prædicatorum fundavit Bielicæ, & in præcelſa pariter progenie ſua, (quam ſequentes edicent paginæ) non minori laude extitit appretiandus. Verùm quia in Na-

Natos Parentum inſuper deſcendit honor, & claritudinem ſuam ſequens propago in præcedanea ſuæ Domûs celſitudine pulchrè monſtrare aſſolet; Materna quoq; clarorum Protoparentum ſublimitas in filios præclarè deſcendit: Conſortem Pauli SAPIEHA ejusq; celſam familiam hîc annectere, non extra ſphærã præſentis ſcriptionis erit. Primam ſibi adlegerat conjugem è præcelſa Familia Zenoviciorum Caſtellanidẽ Novogrodenſem, quorum inſigne Deſzpot in Litvaniam ex Serbia per Deſzpot Zenonem Bratoſzyn, ad Annum milleſimum trecenteſimum octogeſimũ illatum eſt. Hic Deſzpot, (ut teſtatur Nidus Virtutum) procedit â Bratoſio Principe Serbiæ & Boſniæ Fundatore in Boſnia Civitatis dictæ Bratia. Fili-

us ejus Zeno Bratosin in præmium meritorum militarium, Augustus Romani Imperii proclamatus est; hoc est Comes Cæsaris ad Annum quadringentesimum septuagesimum sextum. Frater verò ejus germanus in Serbia & Bosnia mansionem fixerat. Zenonis progenies lapsu temporis ex Italia in patriam reversa Valachiæ ditiones possedit; donec à Tamerlane bonis suis exutus, ad Vitoldum Litvaniæ Principem dictus Deszpot Zeno se receperit. *Ejus Filius* in Litvania Rutheno agnomine dictus Zeniew, unde Zienowiczowie seu Zenowiczowie dicti, Illustrissimam suam Familiam duxerunt, & ad fasces Senatorios in Palæmonio orbe promoverunt. Ex hac præclara consorte Paulus SAPIEHA filium Michaélem in prima ætate mortuum habuit, brevìq; decedente ipsa conjuge, alteram præclarissimæ familiæ è stirpe Kopciorum, Castellani pariter Novogrodensis filiam sibi associavit. Soror hæc fuerat Joannis Caroli Kopeć, qui post excultã domi, atq; apud exteros juventutem, primùm Aulicus Cubicularius S. R. M. deinde Capitaneus Brestensis; tum Vice-Pincerna Magni Ducatûs Litvaniæ, tandem Palatinus Polocensis, ac demum Castellanus Trocensis, ductâ in conjugem Principe de Strozzi celsissimâ Mantuæ Ducum Matronâ de Sangvine Marchionũ; filiam pariter suam Casimiro Ladislao SAPIEHA Palatino Trocensi elocaverat: ex qua nunc superstes in Kodeń heres Illustrissimus Joannes Fridericus Lucas SAPIEHA Castellanus Trocen-

Sabellicus Ænead: 7. l. 7.

Okolski Orbis Pol: Stĕ. Zienienicz.

sis

sis, Parentum non impar Progenies, & Literariæ eruditionis decus, prodiit. Cæteros etiam è gente sua Illustrissimos Aborigines numeravit Consors Pauli è Kopciorum illustri Prosapia. Hæc enim antiqua in Litvania Domus, in patrium insigne assumens aratorios vomeres, aliàs *Kroje*, his copiosam honorum messem, & Ducum præcelsam stirpem inter Patriæ Domûs, ac Prosapiæ Penates collegit. Originem siquidem suam Kopciorũ perantiqua Familia *ad Twer*scios Duces extendens, illorum pariter gloriam olim Ducali Heroum insignitam decore, suis pulchro fœdere innexuit splendoribus. Hæc est gloriæ Pauli SAPIEHA bellicosi Ducis, ac Servatoris patriæ dimensio; etiam â fœderata sibi conjugii celsitudine addens, & accumu-

mulans encomiorum ac laudum incrementa; ut planè illud impletum in se expresserit, quod olim ad conjugiorum fœdus observandum requisivit Vates: *si vis nubere; nube pari*, hoc est, præcelsæ Domûs Progenies, nonnisi parem in consortium associet honorum Herediſſam; cæterùm obfuscat splendores patrios annexa vinculo Conjugiorum, & non rarò in Natos etiam descendit ignominia. Ex hoc præclaro consortio, quod cum Kopciowna habuit; quinque filias, quatuor verò numeravit filios. Ex Ordine Filiarum, Constantia Principi Sanguszko, Catharina Lubomirio, tandem Lipscio Capitaneo Sądecensi, Sophia Grudzińscio Capitaneo Golubensi, Theodora Naruszevicio Procancellario Magni Ducatús Litvaniæ (quam ex

Zie-

Zienowiccia protulerat) in Matrimonium datæ. Tereſſia verò Sacratiori Lege in Ordine S. Franciſci Serafici DEO ſe dicaverat. Filii verò Pauli SAPIEHA Palatini Vilnenſis fuêre hi: Caſimirus Paulus SAPIEHA Palatinus Vilnenſis, & Supremus Dux Exercituum; Benedictus Supremus Theſaurarius, Franciſcus Præfectus Stabuli & Generalis Armamentarii, Leo Theſaurarius Curiæ, & Generalis pariter Armamentarii Magni Ducatûs Litvaniæ. Et quia per Opulentiſſimam olim, ac Honoratiſſimam Naruſzevicciorum familiam, Ducalis etiam Oginſciorũ Domus SAPIEHANO affinis facta eſt nomini: Dum Naruſzeviccio Procancellario M. D. L. Filia Pauli SAPIEHA Palatini Vilnenſis elocata eſſe perhibetur; ſublimem

mem Ducum Ogińſciorum affinitatem cum præcelſa Naruſzevicciorum ac SAPIEHARUM ſtirpe connexam, ac Celſitudinem hujus Domûs breviter attingo. Joannes Ogińſki Palatinus Polocenſis,& Dux Campeſtris M. D. L, Parens Inſignium Heroum, Gregorii Capitanei Samogitiæ, Campeſtris & expòſt Supremi Ducis; Nicolai, primùm Theſaurarii Curiæ M. D. L. tum Caſtellani Trocenſis, Caſimiri Palatini Trocenſis nunc ſuperſtitis, Alexandri, Martiani Caſtellani Mſciſlavienſis, Leonis Subdapiferi M. D. L. & inſuper Filiæ Helenæ primò Iſaykoviæ, 2do votô Tarłoviæ, ac Mariannæ primùm Chalecciæ, tũ Tyſzkieviciæ. Hic inquã Joannes Ogińſki Palatinus Polocenſis ex Naruſzevicia præcelſam hanc ſobolem

habens, ſuum ſplendidiſſimum Nomen Naruſzeviano & SAPIEHANO addidit decori. Quanquam & ſuperioribus jam Annis Ducalem Ogińſcianam Proſapiam cum SAPIEHANA Celſitudine connexam lego. Matthias enim de Kozielſko Ogińſki Præfectus Venationum M. D. L. Filius illius Gregorii, (qui ob igneam indolem *Oheń* dictus, unde Familiæ cognomen eſt.) Habuit Conſortem filiam SAPIEHÆ *Caſtellani* Smolenſcenſis, ut teſtatur Kojałowicz. Domus Celebratiſſima & Ducalis Ogińſciorum â Vlodimiro Monarcha Ruſſiæ Originem deducens, per Principes Severiæ dilatata; in illisq; ſublimata eſt. Fraudibus dein Michaélis Gliński, Smolenſcô ad Moſchos deficiente; Hæc Domus ut fidem ſervaret; patrimonium deſeruit, & in ulteriorem Litvaniam cum aliis;

Kojałowicz in mm. 55.

Bielſki fol: 525.

quibuſdam Proceribus venit. Hic fortè ille eſt Gregorius Fiedorowicz Dux in Kozielſk, qui primus in Litvania conſedit, duarumq; Familiarum in duobus Filiis auctor fuit: à Gregorio ſcilicet ejus filio Duces Ogińſcii, ab altero Filio Ladiſlao Ducalis Domus Puzynarum, (ob puſillam ſtaturam Progenitoris ſui dictorum, quorũ etiam nomen SAPIEHANO honori affine eſt) Lineam ſuam produxêre. Quos faſces, & quos Honores Ogińſciana Proſapia retulerit, non hujus paginæ eſt referre, cùm illi fuerint in hac Domo ſublimes, & penè inquilini. Solùm Colligatã SAPIEHANÆ gloriæ, gloriam Ogińſciorum paucis demonſtrare, ac Originem eorũ nonnihil attingere calamo permittit copioſa ſcribendi ſeries, quæ de Ma-

gno SAPIEHARUM reſtat nomine.

CASIMIRUS PAULUS SAPIEHA Palatinus Vilnenſis, Supremus Dux Exercituum M.D.L. Filius PAULI JOANNIS SAPIEHA Palatini *Vilnenſis*.

PUlchrum & peramænum eſt ſpectare oculis, quod in paginis legimus, magìsq; oblectat mentem id, quod intuemur; quàm quod ſolùm in faſtis & voluminibus expreſſum habemus. Ita Heroum legere acta; eſt gratum, ſpectare verò, ac oculo luſtrare

re

re, quod per paginas ſparſum eſt; perquàm gratioſum. Præcedaneam Heroum SAPIEHANÆ Familiæ gloriam legere, & in faſtis mirari, nobis conceſſum eſt; at Caſimiri Pauli SAPIEHA ad noſtra tempora ſervatam celſitudinem licuit etiam ſpectare, quem maturũ meritis, honoribus præcelſum, inter belli incommoda infractum, ſupra octogeſimum Annum grandævæ ætatis Veteranum Heròém nuper intuebamur, nunc jam fatorum irrefragabili lege ſuas obeuntẽ vices proſequi liceat calamo. Primam juventutis ætatem ſcientiis & addiſcendi facultate excoluit ad Gratium inter exotica ſtudia, ubi in tantum profecit; ut ſufficienti & requiſitâ ad præcelſam conditionem ſuam ſuffultus apparuerit eruditione. Nec minor etiam

am ad bella,& Martios ludos, in illo ardor erat; expeditam & ad arma ac armorum legem, indolem, illa agilitate exercuit, quâ cæteros ſuperavit: nullus illo inter Heroas Regni aut Magni Ducatûs Litvaniæ, ad equum habenis & ſeſſione præoccupandum,celerior ac expeditior, nullus in equitando ſolertior: delectabat ſingulorum oculos, multorum exercitabat animos, dum equô ad omnes equitandi leges expeditus veheretur. Hâc ſuâ ad bella indole *Caſimiro* Leoni SAPIEHA Pro-Cancellario Magni Ducatûs Litvaniæ permultùm placuit, qui liberali manu extra ſortem Fratrum Caſimiri, tanquam dilecto & electo ſibi, eidem jus hereditarium in ampliſſima bona, & ditiones ſuas, tranſcripſit. Eiq; â primo nativitatis ortu ad-

addictus; ut illi ſuum imponeretur in Baptiſmo nomen, Caſimirus Pro-Cancellarius à parentibus Caſimiri (de quo in præſens ago) expetiit. Exculto ſcientiis, amplisq; poſſeſſionibo auctus à Patruo ſuo Caſimirus, augmentum maximũ amoris erga Fratres ſuos fecit. Cùm enim illi ſoli inſcriptæ copioſiſſimæ ditiones à Caſimiro Leone Pro-Cancellario M. D. L. forent; ille Fraterni cultor amoris, Parentẽ ſuum expetiit; ut æquali ſortitione tam in ſe, quàm in Fratres ſuos hæc integra bona exdivideret, pariq; lege poſſeſſionũ, bearet omnes. Rara hæc amoris & affectûs Fraterni portio fuerat; verùm illa fortè ad ſublimes in patria eundem provexit honores. Magnus ſiquidem in Republica Honorius, non minor in rem, ac pro re ejuſdem, in bel-

bellicosis progressib9 factus ille Heros. Primùm Thesaurarius Curiæ Magni Ducatûs Litvaniæ (præter multos Capitanei honores, Capitaneus enim Brestianensis, Vołpensis, Zdzitoviensis, Borcianensis &c: &c: fuerat) expòst Palatinus Polociæ, tandem Capitaneus Samogitiæ, demum Palatinus Vilnensis, & Supremus Exercituum Dux sub quatuor Regibus, per quinquaginta annos, purpuratus Senator. *In variis* expeditionibus fortem & heroum expressit animũ, multam in non paucas cohortes expendit è proprio ærario pecuniæ vim, easq; sub Moschoviticas & Chotimenses expeditiones, & in Ukraina ad latus Domini, in commodum Reipublicæ sustentabat. In Senatu authoritate, Domi liberalitate, erga singulos comitate &

sin-

sinceritate eminebat, ac Prædecessoribus suis æqualem gerebat animũ. Dux Exercituum in Hungariam, in Moldaviam, in Budziaki ad Camenecum Podoliæ, Invictissimo Joanni tertio Poloniarum Regi contra Turcarum & Tartarorum copias, seipsum suosq; exercitus fideles exhibebat, & non degenerem à fidelitate Patrum suorũ, gestabat magnaminitatem. Legationem in Imperiũ Moschoviæ, proprio obiit sumptu. Quibus meritis in patriam clarus, Eques Albæ Aquilæ creatus est. In Aras Divorũ hæc ejus munificentia recolitur. Vilnæ Ordinis Redemptionis Captivorum Religiosos fundavit. Grodnæ in Templo Societatis JESU, Iconem Beatissimæ, Thaumaturgæ veste ex auro puro contexit, multumq; ad erigendam exi-

miam fabricam illius Templi, gratioſorum donorũ, ac beneficiorum, præſtitit. Magnam fundi partem (in qua etiã nunc Baſilica erigitur) in Snipiſzki Patribus Societatis JESU, ad percommodã manſionem donavit. Pluribus in varia Templa, Religioſorum cætus, Divorum Aras, gratiis & ſubſidiis liberalis. Diem ſuũ obiit Emeritus in patriam, & incommodis bellorũ fractus, Grodnæ, Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo, menſe Martio, die 3tia, Sacramentis Chriſtiano ritu munitus, in aſſiſtentia Religioſorum uſq; ad ultimum vitæ terminum. Aſſociata illi per repetitã Connubii legem hæc fuerunt nomina. Primo vinculo Chriſtina Montvidowna Hlebowiczowna Palatinis Vilnenſis, in ſociam fœderis Conjugalis venit, ex ampliſ-

pliſſima dignitatibus, poſſeſſionibus & genere, Familiâ, latè per Litvaniam protenſorum bonorum ac ditionum Herediſſa. Origo nominis Montvidorum Hleboviciorum à Montvido Filio Gedimini, procedit. Inſigne Domús Leliwa, ſeu Luna cum ſtella eſt, idem decus, ac eadem pariter à Montvido initia Ducum Zabrzeżynſciorũ, Irzykowſciorũ, Dorohoſtayſciorum, ac Wiażewiciorũ cum Hlebovicĭis ſunt. Hereditarius Hleboviciorum, poſt hanc Chriſtinam Hleboviciam, Ducatus in Zaſtaw, in Palatinatu Minſcenſi, Domui SAPIEHANÆ in perpetuam poſſeſſionem venit. Ubi hâc occaſione Principatus alios enumerabo, qui huic Domui ſucceſſionis jure collati ſunt. Principatus Severiæ, per Mariam ultimam Heredem, Bogda-

no SAPIEHÆ Palatino Smolenſcenſi Conſorti ceſſit: Principatus Chrzczonovienſis, Succeſſoribus Bogdani, per commutationis jura à Moſchïs datus. Principatus Holſzanenſis cũ Anna Holſzanenſi Duce, Leonis SAPIEHA Palatini Vilnenſis Conjuge, illatus eſt. Drucciorum Ducatus, à Bogdana Principe Druccia Sokolinia, SAPIEHÆ Capitanei Drogicinenſis Conſorte, Matre Leonis SAPIEHA *Palatini Vilnenſis* SAPIEHANÆ Familiæ tranſcriptus, & à Caſimiro Leone Procancellario Magni Ducatûs Litvaniæ, teſtamento, in aliam familiam tranſlatus. Comitatus Sacri Romani Imperii in Bychow, è Domo Chodkievicia; in Dąbrowna, è Proſapia Hlebovicia; Czarnobylenſis, è Kmitarum ſtirpe. Baronatus Sacri Romani

ni Imperii Principi Dorohoſtayſki Mareſchallo Magni Ducatûs Litvaniæ à Cæſare collatus; per Neptem illius Sophiam Dorohoſtayſka SAPIEHÆ Caſtrametatori Magni Ducatûs Litvaniæ ſociatã, è ſua Proſapia Illuſtriſſimis SAPIEHIS traditus, imò & Principatus Sacri Romani Imperii Staniſlao SAPIEHA Mareſchallo Magni Ducatûs Litvaniæ, ac iterum Michàéli SAPIEHA Præfecto Stabuli in vim meritorum datus, inter illorum encomia ponetur, & allegabitur fuſiùs. E Chriſtina Hlebowiczowna Caſimirus præclaram prolem habuit, quæ etiam nunc ſuperſtes in Georgio Dapifero, & Alexandro Paulo Supremo Mareſchallo Magni Ducatûs Litvaniæ, cernitur. Fatis enim ceſſêre Michàél Præfectus Stabuli, & Catharina

na Braniccio Palatino Podlachiæ in Conſortem data, perinſignis Caſimiri Palatini Vilnenſis ex Hleboviczowna proles. Iteravit ille connubia cum Thereſſia Gośiewſka Theſaurariде Magni Ducatûs Litvaniæ; primo voto Służczynâ Caſtellani Vilnenſis, & Ducis Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ Conſorte. Filia hæc fuit Magni illius Bellatoris Vincentii Gośiewſki, qui primùm Dapifer, dein Theſaurarius à Joanne Caſimiro Poloniarum Rege renunciatus, & mox Dux Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ. Bello Coſatico ad Łojow, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono, multa ſtrenuè geſſit, ubi triginta millia Coſacorũ Duce Krzyczewſki profligata ſunt, cum diſcrimine ſuo, equo amiſſo, & in lamina pectoris

ris globo tactus: nec minùs fortiter ſe geſſit, cùm ad capiendam Kijoviam, Duci Radivilio Januſſio viam aperuit: ad Bychoviam & Mohiloviam præclariſſima fortitudinis exempla edidit. Arces aliquot Sveco eripuit, ejusq; auſpicijs aliquoties Sveci in Samogicia fuſi; tandem anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, vigeſimâ nonâ Novembris, à milite confœderato, inter iniqua diſſidia, & ingratos tanto Duci auſus, occiſus eſt. Fuit etiam priori tempore, è Familia de Korvin clariſſimus ille Alexander Gośiewſki Palatinus Smolenſci, cujus præclara geſta Kojałowicz in Nomenclatore Stemmatum Magni Ducatûs Litvaniæ m.s. copioſè enarrat. Fundator hic eſt Collegij Vitebſcenſis Societatis JESU: tumulatus Vilnæ in Eccle-

ſia Sancti Caſimiri Patrum ejuſdem Societatis, alijq; percelebres Heròés præclariſſimam Goſieviorum Familiam exornavêre, quorum gloriam Conſors è Domo de Korvin Gośiewſka, in affinem SAPIEHARUM ſtirpem intulit. Tertia Caſimiri SAPIEHA Palatini Vilnenſis Conſors Antonina Comitiſſa de Walſtein, é præclariſſima Gente ſuos Natales ducens: cujus Prædeceſſores, eximij in Imperio *Cæſareo Bellatores*, Annales ſuis actis & factis replevêre: eorumq; Nomen præcelſum, & eximia facinora inibi legere copiosè eſt. Ex iterato connubio, Caſimirus SAPIEHA nullam prolem habuit; quæcunq; enim fuerat, ex Hlebovicia proceſſit.

GEORGIUS SAPIE-

HA Comes in Bychow, Zaſlaw, Hory, Horki &c: Dapifer M. D. L. Filius CASIMIRI Palatini Vilnenſis.

EX diviſa bonorum ſors præclaro decore beatam perſæpe Familiarum efficit portionem, ita; ut in ſingulos diſperſi ſplendores, unius Proſapiæ peramplè cumulent Majeſtatem. Pulchra ſcilicet ſeries Heroum eſt, dũ hunc robur in armis, hunc juſtitialis Themidis rigor, hunc pietas; illum ſolertia juris, alium ſoboles, caſtiq; thori, præ cæteris evehunt, & ſparſi in omnes Domûs ſuæ Proceres, uni Familiæ, perbellè adſti-

ſtipulantur honores. Ita in Præcelſa SAPIEHARUM Domo, dũ alios Heroas invicta fortitudo, alios ſublimis eruditio, cæteros præclara in Rempublicam merita, nonnullos comitas, nobilitatis amor, ſociatiq; præcelſi thori deprædicant; Georgium SAPIEHA derivata à Prædeceſſoribus, & inquilina ſemper Proſapiæ ſuæ æſtimandum Litvano orbi exponit Liberalitas, ac ſparſa non parco ſinu in obæratam ſibi nobilitatem gratia. Acceperat hic à Joanne SAPIEHA Palatino Podlachiæ animum humanum & liberalitate adornatum, qui Prædeceſſor SAPIEHANÆ Familiæ, comitate, & humanitatis elogiis enitens, Sigiſmundum Regem cum tota aula ſua aliquot diebus hoſpitem domi ſuæ habuit, poſteritati teſſeram liberalis humani-

nitatis relinquens, famoſum ſcilicet & pervetuſtum ſcyphum, *Iwan* dictum. Liberalitas nempe & humanitas propria SAPIEHANÆ Domui, etiam partem ſui in Georgium SAPIEHA depoſuit: quanquam & aliis Antenatorũ meritis inſiſtens, ille cum cohorte ſua bono Reipublicæ aſſiſtit, haſtatæ militiæ Colonellus. Sociavit ſibi in præcelſos thoros; è veterum Ducum Litvaniæ proſapia deſcendentẽ Iſabellam Połubiniam, Supremi Mareſchalli Magni Ducatûs Litvaniæ filiam, in conſortem aſſumens, cujus præclara origo ab Andrea Wigundo Olgierdi Magni Ducis Litvaniæ Filio deducta; à Theodoro Duce in Łubnie, Nomen Połubińſciorum derivatũ habet; quod per Palatinos faſces, & varia Reipublicæ miniſteria celebre, & ſu-

blime æſtimatur. Ex hac præcelſa Conſorte, Filiũ Caſimirum SAPIEHA Capitaneum Merecensẽ, & tres filias, Benedictam, Chriſtinam, & Annam, habuit. Benedicta, Notario Magni Ducatûs Litvaniæ Paccio in Conſortẽ, Chriſtina, Tyſzkievicio Tivuno Vilnenſi venit, utriq; è nobiliſſima Familia procedenti, quorum alibi ſublimis origo & Nomen brevibus deducetur. Anna verò, antiquiſſimi pariter Nominis Heredi Szczucæ Capitaneo Wiekſznianenſi, Filio celebratiſſimi & æternâ memoriâ digni Pro-Cancellarii M. D. L. tradita in connubialem ſocietatẽ. Szczukarum pervetuſta Domus *Raſtrum* inſigne ſuum præferens, illud è Bohemia tulit. Unde Barones nonnulli ſub Venceſlao Rege Bohemiæ in Poloniam tranſlati, ſtati-

tionem fixerunt in Bonis prope Petricoviam, dictis *Wola*, quæ & hucusq; nuncupantur à ſtemmate Familiæ hujus, patrio idiomate *Grabina Wola*. A Vladiſlao Maſoviæ Principe Martinus Szczuka ejus Aulicus in Territorio Viſnenſi ſupra fluviũ *Wyſzam*, accepit in vim meritorum ſeptem villas; à quibus temporibus, in hanc noſtram ætatem, pervetuſta Szczukarum Proſapia, jam inter Eccleſiaſticas, jam inter Civiles curules, plures Honorios habuit. Ex quibus redivivus Tullius in Pro-Cancellario M. D. L. noſtro ſæculo non pridem celebrabatur, magnæq; eruditionis, exiſtimationisq; ac authoritatis Miniſter, vivit adhuc in ſuperſtite Filio ſuo Capitaneo Wiekſznianenſi, Conſorte Annæ Filiæ Georgij SAPIEHA Præfecti Dapi-

ferorum M. D. L. Et quia Corona Patris Filius Sapiens: Hic ſit

ANTONIUS CASIMIRUS SAPIEHA Comes in Bychow, Zaſław, Hory, Horki, Łojow, &c: Capitaneus Merecenſis, Mareſchallus Supremi Tribunalis M. D. L. Filius GEORGII Præfecti Dapiferorum M. D. L.

MErcurium Palæmoniæ Gentis in Regii Tribunalis ſupremo Subſel-

ſellio effata dantem loquor, qui Progenitorũ ſuorum inſiſtens veſtigiis, caduceum Mareſchalcalem eâ dignitate gerit; quæ præcelſo ejus Honori, agnatæq; Proceribus ſuis debetur exiſtimationi. Præivêre ad hoc ſubſellium plures è Domo SAPIEHANA Caduceatores; ſequitur hic æquali paſſu, præcedanea Anteceſſorum merita obſervans: dumq; nullum penè ſæculum præterlapſum legitur, *quô* SAPIEHANA Sublimitas Scipione Supremi Tribunalis non levaretur majeſtuoſior; etiam hic annus Antonio Caſimiro SAPIEHA Litvanæ Gentis concredidit felicitatem, quæ & SAPIEHARUM Nomen, & ſeipſam in illo attollit ſublimiter. Elevata inquam hæc felicitas totius Palæmonii orbis, ſummum propè, quia ſeptimũ conſcen-

ſcendit gradum gloriæ, dum ſepties Andreæ SAPIEHA Caſtellano Vilnenſi Pro-Avo nunc tenentis Scipionem ſupremum Antonij Caſimiri SAPIEHA, Regij Tribunalis commiſit moderamen. Coronata Joannis III. Poloniarum Monarchæ Gratiis eadem ſors Patriæ; velut Gemmam Coronæ ſuæ inſeruit Benedictum SAPIEHA expòſt Supremum Theſaurarium M. D. L, in anteceſſum verò ſub Comitia Coronationis ejuſdem Monarchæ, Mareſchallum Equeſtris Ordinis conſtituens: qui dexteritate innatâ ſibi, rem officii ſui præclarè moderatus eſt. Vidêre prima Comitia ſub Joanne III. Poloniarum Domino, quantum Franciſci SAPIEHA Præfecti Stabuli & Armamentarii Generalis M. D. L. prudentia & Comitas va-

valuit, dum hic pariter Mareſchallus Comitiorum, eam malaciam turbulentæ protunc effecit Patriæ, quæ vix inter illos motus, ſperabatur. Quid memorẽ cæteros SAPIEHANÆ Celſitudinis Proceres, qui eximio Patriæ emolumento ad clavum Mareſchalcalis honoris conſedêre, ut nullum penè reperias hujus ſublimis Proſapiæ Dynaſtam, cui vel Comitiorum, vel Supremi Tribunalis, non ſit commiſſa Directio. Tantum eſt, radicem fœcundam ponere; ut nunquam illam intueri liceat, niſi in fructus uberem. Nunquam ex Hortenſi ſtipite ſylveſtris prodit ramus, nec ex fructuoſa arbore inutilis proſilire conſvevit ſurculus. Virga directionis Mareſchalcalis, quæ fertiliſſima ſemper honorum eſt, in SAPIEHANA Domo Radicem

ſuam ponit, ex qua tot rami, quot Supremi prodiêre Mareſchalli. Floret hæc vernantiſſimè inter LILIA SAPIEHANA, eò delicatiori amœnitate; quò tenerior in Antonio Caſimiro SAPIEHA ad Judiciariam bilancem conſidet Juſtitia. Redit iterum in Palæmonium orbẽ, quæ olim terris Aſtræa relictis, Cælum petiit: nec mirum, quòd in SAPIEHANAM ingrediatur Domum, quam comis erga univerſos candor CASIMIRI adornavit, Thaumaturga vũs Antonii pulchram Juſtitiæ ſpeciem efformavit. Præcelſos ille ſemper gerens animos, ad hanc ſublimitatem non humili meritorum præceſſit tramite. Nihil in illo ſpectare fuerat parvum, nihil mediocre, nihil non SAPIEHANUM, hoc eſt, nihil non ſublime. Pulchro ſocia-

ta

ta nexu authoritas cum demiſſione, propenſus in ſingulos animus cum gravitate, Comitas morum cum modeſta gravitate, eximia virtutum ſpecies abſq; fuco, huic Palæmonio Mercurio aſſiſtunt: & dum illius hæc ſingula perquàm decoro inarata ſpectantur vultui; Juſtitialis poteſtas frontem ſibi vendicat, imò cor Thaumaturgi ANTONII poſſidet, ut jam non in aurea Plutonis; (quod olim Divus ANTONIUS monſtravit) ſed in Juſtitiali Cæleſtis Aſtrææ gazâ cor illud reperiatur, quod æquitati addictũ, in æquilibrio Juſtitiæ, Cauſarum librat pondus. A Proavo ſcilicet ſuo PAULO SAPIEHA Palatino Vilnenſi hanc æquitatis legem ANTONIUS CASIMIRUS SAPIEHA ſumpſit; ut non aliter, niſi ad momenta Juſtitiæ,

discutiat, & ponderet Causas. Ille usitatum sibi, re, & ore, præferebat effatum: *DEVS, fides, Virtus, mensura sit.* Hic æquissimus Pronepos idem lemma sibi vendicat, nihilq; agit; nisi ad mensuram *Fidei, Virtutis,* ipsiusq; pondera appendentis, & ipsas justitias discutientis *DEI.* Præcelsos verò illius thoros condecoravit lecta & electa S. R. I. Comitissa, ex honoratissima Comitũ in Wyhowo Familia, **RACHEL WYHOWSCIA,** à magno Progenitore suo Wyhowski, Castellanis Minscensis; à Druccia Sokolinia celebratissimi Nominis Matre, Ducalis sangvis, à pereximiis Domûs suæ Prædecessoribus, spectatissimum decus. E cujus sublimi Prosapia primus non numero (innumeri quippe **WYHOWSCIORUM** præcessêre Heròés) incurrit

rit oculos Jacobus Wyhowski, Abavo Proavoq; illius major, qui Sigismundi III. Poloniarum Regis pectus, & Regiam penè solus impleverat, eò, quòd nunquam sinè ingenti virtutum comitatu incessit. Hic fecialem ad Augustissimũ Ferdinandum II. agens, docuit, eadem manu posse caduceum geri, & ensem; cujus animus omnium bonarum artium capacissimus est. Agnovit Cæsar, ut à Jove *nonnisi* Mercuriũ; ita à Sigismundo, nonnisi eum mitti virum; in quem secura Polona Majestas inclinari poterat. Et quanti magnam dexteritatem in **JACOBO** æstimabat Imperator; sui Exercitûs Generalatus, Sacriq; Romani Imperii Comitatus ab eodem collatus, documento fuit. Respueret dignitates has **JACOBUS,** cui Polonum esse nobi-

lem pro dignitate erat, nisi comitati suæ Cæsarea humanitas affinem Comitis Titulum dedisset. Admisit ergo peregrinos titulos non alio fine; quàm ut multis titulis demereretur Patriam, Lechicíq; Nominis commendaret famã, quod nullibi sinè gloria est. Candidam abhinc Aquilam Avito HABDANKORUM sociavit stemmati; ut in Polonum Alitem, suum testaretur candorẽ. Ab hoc demũ suæ Domûs Auctore, non Authore, quantus Heroũ descendit numerus; sæculorum compendio definire difficilè. Nostro ævo eximia Sarmatici Senatûs decora, ALEXANDER WYHOWSKI Luceoriæ Antistes, Patruus, Joannes WYHOWSKI Palatinus Kijoviæ, Avus hujus electæ Consortis ANTONII CASIMIRI SAPIEHA,

plu-

plurimaq; primæ magnitudinis sidera, in Zodiaco Wyhowscianæ Domûs splendentia, Lechæũ Orbẽ illustravêre. Konotopenses verò triũphos in Varsaviensi Collegiata, Moschovitica Vexilla ad Joannem Casimirum missa, abeundè explicant, sub quibus WYHOWSCIANA militavit gloria. Quæ annexa SAPIEHANO Nomini affulgeat in perennaturam ætatem, Lectissimiq; hi Conjuges *vid*eant natos natorũ, & qui nascentur ab eis; ut hic honor, qui in Marschalcali supremi Tribunalis nunc efloruit virgâ; vernet in posterorum gloria; ANTONIUM CASIMIRUM SAPIEHA in florentissimo semper Natorum Lilieto *Thaumaturgum* repræsentans.

MI-

MICHAEL SAPIEHA Comes in Bychow, Zaſſaw, Dąbrowna &c: Præfectus Stabuli Magni Ducatûs Litvaniæ, Filius CASIMIRI Palatini Vilnenſis.

HEros hic, meritô inter *Bellatores* Sarmatiæ computandus, ad bella excitatam à teneris habens indolem, illũ Triumphatorem expòſt egit, cujus trophæis non jã patriũ, ſed etiam externum cumulatũ eſt ſolum. Hinc Generalis Exercituum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis ab Auguſtiſſimo Leopoldo cre-

creatus, quantis victoriis celebre ſuum effecit Nomen, Teſtis eſt Hungaria, ubi Belgradum receptũ Turcis, Temiſvarum cum Sereniſſimo Sabaudiæ Duce oppugnatũ, Petervaradinum variis moleſtatum obſidionibus, ad Tiſſam & Begam profligati Exercitus Turcici, ubiq; præſentem & Victorem deprædicant Michàélem SAPIEHA. Neq; patria felicitas Victoriis hujus Triumphatoris *ca*ruit; expeditio ſcilicet in Tranſylvania contra Turcas cum Sereniſſimo Joanne III. Poloniarum Rege hunc Bellatorem habuit, qui victorioſo paſſu procedens, laureas & triumphos patriæ abeundè collegit. Grata quoq; patriæ obligatio Præfectũ Armamentarii Magni Ducatûs Litvaniæ triumphis in nutritum Michàélem conſtituit, multisq;

territoriis præfecit: Oſzmianenſis ille ſcilicet, Gieranonenſis, Lipnicenſis, Onikſztenſis, Borcianenſis, Dudenſis, Præfectus, victoriis exteros; paternos officiis, implens cãpos. Protulit etiam in Gallias Victoriã ac triumphos; dũ fortalitia *Metina* & *Bona* expugnâſſet, ac victoriosum ſuum Nomen illis inſcripſiſſet. Has victorias coronaturus Auguſtiſſimus Leopoldus, Principem de Salme Auguſtæ Conſortis ſuæ conſangvineam in Conſortẽ ei deſtinaverat, quam ſibi *deſponſatam* habuit. Imò ob heroica ejuſdẽ acta, Domum SAPIEHANAM ad titulos Principum Sacri Romani Imperii provexit. Dignus perenni ætate Heros, niſi illum invidus fatorũ præcoci morte abripuiſſet livor. Cùm enim ad Olkiniki convocatâ nobiſitate, collecta eſſet

ſet Reſpublica Litvana, confluente ibi SAPIEHANA Domo ad ſedandos motus, ille hoſtium patriæ Triumphator, ſuis parcens Civibus, ſe & militem ſuum Reipublicæ ſubjecit, nolens Civiũ cruore, patriæ ſauciare viſcera; congregatæ protunc nobilitati ſe aſſociavit per ſtipulatum fœdus. Verùm tumultuoſa vis, quod multa vix pariunt ſæcula; unius horæ ſpatio ſuſtulit. Triumphatores ſcilicet, quos integra vix progenerant luſtra, brevi fatorum indagine inſuper occumbere ſolent. Ita hic Bellator fortis ac Triumphator pluribus ſpectandus luſtris, præmaturum fatum obiit. Occiſus à tumultuoſa manu, indolente hucusq; Republica, quòd Heròém ſuum amiſerit, & cùm externi Triumphi Victorem ubiq; MICHAELEM SA-

PIEHA colorent; victum in patrio ſolo domeſtica Pharſalia fecerit.

ALEXANDER PAULUS SAPIEHA Comes in Bychow, Zaſſaw, Dąbrowna, Druja &c: Supremus Mareſchallus M. D. L. Filius CASIMIRI Palatini Vilnenſis.

EXimia eſt, ſublimisq; encomii ratio, adimplere id actis, quod geritur Nomine; nec inanes geſtare titulos, ſed titulis æqualia facinora agere. Optimè in ſe Juſtiniani exprimit No-

Nomina, qui Juſtitiam ſuis commenſurat actis, aut ille verè Magnorum Heroum computandus catalogo, qui magnitudinem ſuam & ethymo Nominis ſui, & re ipſa, demonſtrat. ALEXANDER PAULUS SAPIEHA, magna ſunt Nomina, aſt non inania; quorum ſeriem & madnitudinem Magnus hic Miniſter Litvanæ Gentis re & actis ampliavit. Sive enim officium ſpectes, Supremum eſt, Supremi Mareſchalli adornatum munere; ſive antiquitatem Senatoriæ dignitatis ſcruteris; hæc pervetuſta, â Joanne ſcilicet tertio Poloniarum Monarcha, Senator creatus, plus quàm triginta annis Mareſchallus: ſive conſiliorum, authoritatis, ſpectes inſignia, Magnus Miniſter, magnus ALEXANDER juremeritò celebratur. Nec

PAULI in illo inanes tituli. Avi ſui ſortitus etymon, Abavos, Atavos, Tritavosq́; , & eorum in ſe gloriã, exprimit. Viſo quondam Solone tota Græcia ſpectari dicebatur. De quo Lucianus: *Omnia, viſo Solone, vidiſti: hoc Athenæ, hoc tota Græcia.* Ita videre ALEXANDRUM PAULUM SAPIEHA; eſt ſpectare omnia, quæcumq́; in Progenitoribus ſuis celebrabantur, ſublimia. In illo Majeſtas oris, morum attemperata malacia, venuſtas & decor morum, comitas erga ſingulos, humanitas erga univerſos, liberalitas prodigalitati inimica, opulentarum poſſeſſionum provida, ac circumſpecta tuitio; & omnis honor Domui ſuæ inquilinus, in illo integer, nec ad ungvem à latere recedens. Et quod maximũ, propria SAPIEHA-

NÆ

NÆ Domui agnata eruditio, à quâ & SAPIEHARUM proceſſit Nomen; in ALEXANDRO PAULO SAPIEHA eminet ſuper cæteros. Fuit ex hac Domo JOANNES STANISLAUS SAPIEHA Supremus Mareſchallus Magni Ducatûs Litvaniæ, LEONIS Palatini Vilnenſis Supremi Exercituũ Ducis & Cancellarii Magni Ducat: Litv: Filius, *qui os aureum Sarmatiæ* dicebatur. Fuit in CHRISTOPHORO SAPIEHA Notario Magni Ducatûs Litvaniæ tanta eruditio; *ut eruditionis eximium prototypon* diceretur. Quanta verò in CASIMIRO LEONE SAPIEHA Procancellario Magni Ducatûs Litvaniæ ſcientia effulſit; Magnifica & inſtructiſſima Bibliotheca Academico Vilnenſi Collegio Societatis JESU, & Fundatrix

trix inibi Juris Canonici ac Civilis gratia, abundè demonſtrant. Verùm Compendium horum in ALEXANDRO PAULO SAPIEHA eſt. Quidquid ſparſum per libros & volumina in ſe Bibliothecæ continent; id ferè integrum vaſtâ ille memoriâ poſſidet. Quidquid Eccleſiaſtica Hiſtoria, quidquid profana Eruditio per multa ſparſerat; id totũ in uno legere & audire eſt ALEXANDRO SAPIEHA; *ut meritò* collecta Bibliotheca dici poſſit. *Perquàm* gratum eſt cum eo inire colloquia, quia perquam eruditũ; nihil ex ore, niſi verborum pondus, nihil ex ſermone prodit, niſi quod antiqua egit ætas; præſens ad eruditionem accipiat. Imò & præſentiũ ponderator eximius, hoc agit, quod agendũ tanto Senatori expedit,

dit, hoc profert, quod libris inſerere utile admodùm foret, ſi diligens dictorum Annotator foret. Nec mirum, quòd tanta proferat, qui lectione multâ non paucũ ſibi comparavit ad eloquentiam & dicendum ſubſidium, quotidiano penè more in ſingulos dies volvens & revolvens attentâ conſideratione libros. A teneris ſiquidem ad eruditionem & ſcientiam excelſos gerens animos, non jam in manſvetioribus, verùm eſt in ſeverioribus literis tantũ profecit, quantum nunc miramur ſinguli. Pariſiis Philoſophicæ facultati addictus, eam nunc etiam recenti memoriâ refert, ut ſublimes hujus ſcientiæ perplexitates ſcrutari, fundum penetrare, ipſa arcana Ariſtotelica rimari, illi in promptu ſit. Quodſi aſtrorum ac ſphærarũ con-

ſideratricem obſervaveris ſcientiam; ex illa doctè profert ſingula, pergratè audientium aures demulcet, ac ſi recenti tractatione hìc & nunc illam agitâſſet. Hinc eximiæ authoritatis inter Proceres Senator; non imparis honoris ac reverentiæ inter ſubſellia Litvaniæac Regni Miniſter, cùm ſibi excelſam in comitē adlegiſſet eruditionem, pediſſequum illi adjunxit honorem & exiſtimationē, quæ & SAPIEHANO Nomini, & in ſe conſervatæ debetur prærogativæ. Non-

Dunin in Concion: nulli SAPIEHANI Nominis hæc initia ponunt, Primus à Sapientia SAPIEHA dictus illius exiſtimationis fuerat; *ut* ſinguli illius conſilia in congreſſibus & actibus publicis ſequi conſtituerint, ac ſi in illo totius Sapientiæ repoſitum eſſet compendium. Succeſſu temporis cùm uni-

univerſi aſpirarent, ut tales naſcerentur Heròés, tantæq; eruditionis & æſtimationis Viri prodirent, imò permulti aſpirabant inter contubernales & Aulicos iſtius *Sapieæ* fore; H literā frequenter ingeminabant, unde qui priùs SAPIEA, poſtea SAPIEHA dictus eſt. Si patriæ vota, ſi ſingulorum Civium obſerventur deſideria, ô quantis hæc votis aſpirant; ut tantos ſemper Proceres videant, qualis ALEXANDER PAULUS SAPIEHA eſt. Beata eſſet Patria, ſi pares ſemper numeraret Senatores, & rei ſuæ Adminiſtros! Præcelſi Nominis ille, ſuæ inſiſtens origini, hanc eruditionem in ſe exhibet, quam SAPIEHANA Proſapia ad initia ſua monſtravit: quanquam & pluribus hic Heros celebratiſſimus encomiis, Eques Albæ Aquilæ pa-

riter creatus, Prædeceſſorum ſuorum in ſe conſervat & adimplet honores. Dignus, qui in commodum Patriæ longævam ætatem vivat, ut ad exemplum poſteritatis, videat natos natorum, & qui naſcentur ab eis. Nec fas eſt præterire præcelſæ Conſortis Proſapiam, quæ non pridem fatorum introivit portum, nondum interim ab animis eorum recedens, quibus illam nôſſe conceſſum eſt; ut dulcem ejus memoriam, Virtutumq; ſpeciem, obliterare non poſſint. MARIA hæc *de Bethune*, Marchioniſſa, ac Sereniſſimæ MARIÆ Joannis tertii Poloniarum Regis in recta linea ex Sorore Neptis erat; excelſos natales ſuos à Lotaringiæ, Luxemburgi, Sabaudiæ, Principibus derivans; cum Sereniſſimis de Conte, Flandriæ de Rohan Gallicis,

An-

Anglicis, Portugaliæ coronis colligationem & affinitatem habens. Avitum Marchionum *de Bethune* inſigne, faſcia aurea in campo argenteo, quod primùm Radivilianæ Aquilæ, tandẽ SAPIEHANÆ Sagittæ aſſociatum. Primo ſcilicet voto hæc præclara Conſors fuit Celſiſſimi Staniſlai Caſimiri Radziwił Sacri Romani Imperii Principis, Ducis in Ołyka & Nieſwież, Supremi Magni Ducatûs Litvaniæ Mareſchalli, Capitanei Gulbinenſis, Rabſztynenſis &c: tandẽ ALEXANDRI PAULI SAPIEHA Supremi Mareſchalli MDL. quẽ in præſens deſcribo: eidem, Illuſtrimas *Bethunianæ* & Sereniſſimas d' La GRANGE d' ARQUYAN Familias annectens vinculo ſociali. Auxit decores in lectiſſima hac Conſorte, qui multorum in Gal-

lia fuit triumphorum Author Illuſtriſſimus Marchio *de Bethune a' Roſny*, Dux à Sully, Magnus Dominus Artileriæ, Mareſchallus Franciæ, Supremus & unicus Miniſter Regis Chriſtianiſſimi HENRICI IV. Proavus Illuſtriſſimæ MARIÆ *de Bethune*. Comitantur ejuſdem gloriam Maximilianus Dux de Sully, Franciſcus Dux Dorwal, Pares Franciæ, Armandus Dux de Charroſt, *Bethuniana* Nomina *honoribus* ornatiſſima, Virtutibus illuſtriſſima; nec *minore* reſplendens honore LUDOVICUS Abbas de BETHUNE & Comes; Germanus hujus honoratiſſimæ conjugis. Eminentiſſimus Joannes Cardinalis d' ESTREE Dux, & Par Franciæ, ac Celſiſſimi reliquorũ Ducum d' ESTREE honores, Bethunianæ dudũ Familiæ do-

me-

meſtici, eidem Proſapiæ eminentem decorem addunt. Transfudit in ſe collectam gloriam Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Marchio de BETHUNE Regiorum Chriſtianiſſimi Ordinũ Torquatus Eques, nec non olim Extraordinarius in Poloniam Legatus in lectiſſimã hanc Filiam ſuã, & hoc ipſo in SAPIEHANAM Domum, intulit Illuſtriſſimam Ducum de Bea UVILLIERS Proſapiam, cum aliis Franciæ decoribus, à Sangvinis affinitate ſuam. Dedit in conſorte ſua MARIA LUDOVICA Sereniſſimam DE La GRANGE D'ARQUYAN proſapiæ ſplendorem, in quo Ludovici VI. Galliarũ Regis è ſua ſtirpe Prædeceſſoris concluſit honores. Fuêre etiã è Sereniſſima De La GRANGE De ARQUYAN plurima purpura-

rata Nomina. Antonius De La GRANGE Primus ſub Carolo V. Regni Miniſter, S.R.E. Cardinalis. Quatuor Mareſchalli Regni. Primus Marchio de Villedonay, Bourdillon; La Pllaſtiere alter; De La Chaſtre tertius, quartus de Montigny digniſſimo Illuſtriſſimi Marchionis de La Grange D^ Arquyan Avi, MARIÆ *de Bethune* eximiæ Conſortis ALEXANDRI PAULI SAPIEHA Patruus. Hanc ſecum præcelſam ſtirpem SAPIEHANÆ contulit Familiæ MARIA Marchioniſſa *de Bethune*, quæ etiam altero nomine CATHARINA *dicta*, ut ſublimes natales recenſuit, ita perleximiam ſobolem Domui SAPIEHANÆ attulit. Præter aliquot in infantia Cælo illatos, ſuperſtites ſunt.

CA-

CASIMIRUS SAPIEHA Comes in Bychow, Zaſſaw, Dąbrowna, Druja &c: Capitaneus Vołpenſis, Onikſztenſis, Rakanciſcenſis, Ławaryſcenſis &c. Filius ALEXANDRI Supremi Mareſchalli M. D. L.

PRæclaros animos à Prædeceſſoribus derivans, eoſdem in ſe conſervat ac promovet; primamq; hanc ſibi ponens gloriam, ut ex æquo præcelſum imitetur Progenitorem, & quem in

vultu repræſentat; eundem in omni encomiorum ſerie exprimit. Lutetiis Pariſiorum juventutem diſcendi operâ excoluit, Maternam è celſiſſima in Galliis ſtirpe ducens originem, inibi ſtudiorum rationem poſitã eſſe voluit. Dein Militiæ aſſumens Genium, Heroam Antenatorum ſuorum ſequitur mentem, Regiæ Saxonum phalangi poſt Colonellum Præfectus Major, hoc in officio, initia graduum & officiorũ *militariũ* poſuit. Hic eſt, quem Patriæ vota expectant, Senatoriæ Curules expetunt, Ducum clavæ affectant; nec immeritò; qui excelſi Parentis veſtigia premens, uti pulchram eruditionis & ſcientiæ ſpeciem *in* ſe ponit; ita ad heroica facinora & ſublimes honores, accomodum gerit animum. Pulchra illi in moribus compoſitio, deriva-

vata ab eximio Progenitore authoritas, hiſtoriarum & voluminum avida pertractatio, militarium actionum, & in libris conſervatæ Heroum memoriæ perfrequens ſolertia: quidquid demum optimæ expectationis indicium eſt; id in ſe exhibet copiosè. Tantum eſt ab origine alta deſcendere: hic quippe ſangvis qui è Paterno & Matris lectæ ac electæ deſumptus honore, in præcelſam deſcendit prolem, eandem ſublimavit, & excreſcere fecit, cujus *nec origo latet, ſed luce ſequente vincitur, & magno gaudet ceſſiſſe nepoti,* & ut in SAPIEHANA Proſapia nihil humile, nihil inglorium appareat, hoc CASIMIRUS SAPIEHA efficit, magna in ſe exhibens, cùm paria in Prædeceſſoribus ſuis ſpectâſſet orbis; deq; illo dici meritò debet: *Nec* Claudianus.

Lucanus. *liceat populis te parvum Nile videre. Et gentes maluit ortus mirari quam nôsse tuos.* Verùm & Lectissima non est prætereunda ejusdem Soror, scilicet.

LUDOVICA Comitissa in Dąbrowna, Druja &c. Wielopolska Capit: Opoczynen: Consors.

HOnoratissimorum Parentũ *ALEXANDRI PAULI SAPIEHA* Supremi Marescalli Magni Ducatûs Litvaniæ, & MARIÆ CATHARINÆ Marchionissæ *de Bethune* Filia, è conjugali societate Wielopolska, Capitaneì Opoczynensis sublimi gente sati Consors. Hæc vultu Patrem, prudentiâ; Comi citra fastuosum supercilium authoritate Matrem, in se circumfert; præcelsisq; & Senatoriæ stripi agnatis dotibus, omnes Illustrissimæ Domus suæ Pulcherias exhibet. Præclarum Familiarum ornamentum est, si Heroibus adornatam Prosapiam, uterq; sexus æstimabiliorem reddit, ut dum serenum gloriæ Martius bellatorum succendit fulgor; etiam suæ Serenæ reperiantur, *quæ* æquales in Familiã spargant virtutum & honorum splendores. Pulchram virtutum speciem, & colludentem illi honoris decorem LUDOVICA Domui SAPIEHAHÆ adfert, ac WIELOPOLSCIORUM Nomini addit, quod pervetustum ab Origine sua in gazophilacio vetustissimæ Domûs, velut pretiosum monile eandẽ reposuit LUDOVICAM. Jam verò

JOSEPHUS SAPIEHA Comes in Bychow, Zaſſaw, Dąbrowna, Druja &c: Capitaneus Gulbinenſis, Filius ALEXANDRI PAULI SAPIEHA Supremi Mareſchalli M. D. L.

PRimam ætatem ſuam addictam ſcientiis in pertractandis libris occupat, illamq; præfert mentem, quæ SAPIEHANÆ Domûs Magnatibus eſt propria; ut eruditionem communem ſibi faciat, & legat, quod imiterur, & imitari ſtudeat, quod in Prædeceſſorum ſuorum actis lectum repererit. Habet in præcedanea Antenatorũ gloriâ CHRISTOPHORUM SAPIEHA Notariũ Magni Ducat: Litv: LEONIS Palatini Vilnenſis, Cancellarii, & Exercituũ Ducis Filiũ, qui undecimo ætatis anno Livii hiſtoriã in Polonum idioma tranſtulit: hunc ſequi & imitari accreſcens in ſpem Patriæ JOSEPHUS SAPIEHA avida ſcientiarũ mente intendit, & florem primum ætatis, ſcientiarum amore vult eſſe coronatum. Proſperent ſuperi hæc præclara ſtudia, ad quæ &

Pater Æneas & Avunculus excitat Hector.

MICHAEL SAPIEHA Comes in Bychow, Za-

Zaſław, Dąbrowna, Druja &c: Capitaneus Rabſztynenſis. Filius ALEXANDRI Supremi Mareſchalli M.D.L.

TErtius cum CASIMIRO & JOSEPHO Magnorum Parentum Filius, ALEXANDRI ſcilicet PAULI SAPIEHA Supremü Mareſchalli M. D. L. ac MARIÆ Marchioniſſæ *de Bethune*, hic MICHAEL SAPIEHA eſt, qui Patrui ſui vendicans nomen, ejuſdem etiã heroicas imitari contendit actiones, à principio ætatis ſuæ illam præferens indolem, quæ ad triumphos natam ſe exhibet; ut quidquid he-

ro-

roicum & militare ſit, illi placeat; quidquid bellicoſum ſpiret, id ei in animum veniat; & in tenero vitæ curſu Leunculum in victorias natum agit, qui Proavos ſuos Leones exprimat. Servent Superi hanc pulchram ſobolẽ cum præcelſis Fratribus, & Lectiſſima Sorore ſua, ad ſolatium Magni Progenitoris, ad ſubſidiũ Patriæ & gloriam Familiæ ſuæ.

BENEDICTUS SAPIEHA Comes in Czereja, Wyſokie, Siemiatycze, Raſno; Supremus Theſaurarius M. D. L. Filius PAULI JOAN-

NIS Palatini Vilnenſis.

EXcultam in juventute ætatem ſcientiis, jam inter patriæ ſinus, jam inter exotica ſtudia Græcii ſpectabilem reddidit. Hinc ad patriæ conſilia, & in congreſſibus totius Gentis, ad arcana momenta rerũ, perſæpe adhibitus: in Electione etiam Sereniſſimi Joannis Tertii Poloniarum Regis, Legatorum Supremus Arbiter & Mareſchallus antequam Senatoris capeſſeret faſces, hoc officium dextrè, & juxta agnatam ſibi ſolertiam in omnes partes circumſpectè, propter varia protunc partium litigia, obivit. Maturior honoribus & ætate, ad Supremum Theſaurariorũ officium provectus, claves & Theſaurum Magni Ducatûs Litvaniæ ſibi commiſſum

ſum habuit; nec immeritò; cùm plurima ſcilicet in SAPIEHANA Domo recenſuiſſet Nomina, hoc præcelſo munere inſignita; aptavit animos, & committi ſibi Reipublicæ opes fecit, dum à SAPIEHANA munificentia illæ cumularentur. Et hic etiam Heros in patriam liberalis, proprium militem Turcico Marti oppoſuit, patriamq; tuitus, ſuo non pepercit ærario, imô nec vitæ ſecuritati; ipſe expeditioni illi contra communem Chriſtianitatis hoſtem ſeipſum ſiſtens; vitæ diſpendia in commodum patriæ pariter obtulit. Adlegit ſibi in ſociam vitæ è veterima Tarłonum ſtirpe ISABELLAM Palatini Sendomirienſis Filiam, uti dotibus præclarã, ita Familiæ Origine honoratiſſimam. E Toporeorum ſcilicet illa Gente, ſata, quæ *Okolſki Orbis Polon: tom. 3.*

quæ nec annis, nec ſæculis, ſed æternitate menſuranda eſt; & ab ipſis primis Erectoribus Regnorũ Czechi & Lechi, Nomen ſuũ, dignitatisq; authoritatem Starżarum ſeu Toporeorum Familia in Polonia retinet. Ab Ottone quidem de Czekarzewicze poſterioribus ſæculis Tarlonum gloria proceſſit, Nomen & titulos de Czekarzewicze ſibi vendicans; verùm anterioribus pariter Luſtris ante Ottonis ætatem *fuit celebratiſſima.* Hanc igitur præcelſam ſuam ſtirpem & plurimis in Regno honoribus ac Senatoriis faſcibus cumulatam **ISABELLA** in Domũ **SAPIEHANAM** intulit, trinaq; ſobole exornavit Familiam; **MICHAELEM CASIMIRUM & FRANCISCUM** proferendo; qui ultimus teneram ætatem Cælo intulit;

Cromer9 l. 12 fol: a12.

MI-

MICHAEL SAPIEHA Comes in Czereja, Wyſokie, Siemiatycze & Raſno; Notarius Campeſtris M.D.L. Filius BENEDICTI Supremi Theſaurar: M. D. L.

HEreditaria Domûs **SAPIEHANÆ** hæc gloria eſt, ut ſemper Bellatoribus abundet, nec ullum ſæculum ſit, in quo aut eximia eruditione, aut bellico cultu & vultu antepilanus non appereat Heros. Ita præſens ſæculũ dum in aliis **SAPIEHANÆ** Familiæ Heroibus Patriæ Conſos, & armatos

tos pro legum præsidio, eximiâ scientiâ habet Dictatores; in MICHAELE SAPIEHA Notario Campestri Magni Ducatûs Litvaniæ Bellatorem, & Martem Sarmatiæ spectat: qui diviso cum Fratre suo MICHAELE Præfecto Stabuli Magni Ducatûs Litvaniæ existimationis bellicæ amore; dum ille inter extera bellorũ negotia, SAPIEHARUM Nomen Heroibus Europæ accumulavit; hic in patrio solo eandem promovens gloriã, Generalis Exercituũ Saxonicorum è favore Sereniſſimi AUGUSTI II. Poloniarum Regis, ac è merito proprio æstimatur. Nec præcelso Bellatorum signo hic Heros caret: dum scilicet Prædecessores sui, jám aureæ clavis, jam aurei velleris, albæ teniæ, Hierosolymitani; ille ALBÆ AQUILÆ Eques, splen-

splendores Majorum suorũ, Martii fulgoris tesserâ copiosè ampliat. Addit pariter eximio thoro & socialis conjugii decore augem honorum Domui suæ, adlectâ è pervetusta Wielopolsciorum stirpe in Consortem Cancellarii Regni Filiâ; Sereniſſimæ MARIÆ Poloniarum Dominæ ex Sorore Nepte; tam à Materna sublimi Prosapia, quam à Paterno sangvine præcelsos Natales recensente. Fæcundant hoc lectiſſimum consortiũ Superi eximia prole, BENEDICTO scilicet AUGUSTO Filio, qui æstimandi Parentis vestigia terens, & heroas actiones, & eximios ejusdẽ animos pari imitetur encomio. Dumq; Sereniſſimos in Matris honore splendores colligit; augeat meritis, accumulet factis, quod pulchra illius præsagit indoles,

de-

derivatus à bellicoso Patre insinuat sangvis; & præcedanea Progenitorum suorum, ad incrementum gloriæ, & Nominis æstimationem, efficiunt merita.

CASIMIRUS SAPIEHA Comes in Czereja Capitaneus Olkinicensis, Filius BENEDICTI Supremi Thesaurarii M. D. L.

PRædecessorum suorum gloriã vendicans, etiamnũ Superstes, & tantorum Nominum ac Titulorũ heres, futuris honoribus appretiandum se exhibet; Præcelsus ex Progenitoribus, non

non impar ex celebratissimo Fratre suo MICHAELE Notario Campestri M. D. L, adæquabit, sequentibus meritum Celsissimæ Domus suæ honoribus, Nominis sui Magnitudinem; nunc in fastos gloriam suam referens, quam facta Heroum SAPIEHANÆ bellis innutritæ Prosapiæ attulerunt.

FRANCISCUS SAPIEHA Præfectus Stabuli, & Generalis Armamentarii M. D. L. Filius PAULI JOANNIS Palatini Vilnensis.

OMnium militum amor, omnium armorum Miles FRANCISCUS *Dunin in Concion:*

SAPIEHA, consecrato Bellonæ studio, ille Heros & Præfectus Militiæ factus, cui clava juremerito non semel committi debuisset. Bellum illi ludus erat. Sub Chotimo martiũ acceperatt pignus, vulnus; quo totius Militiæ vulneravit Corda, qui singulorum amor fuerat. In hac expeditione involabat in hostem ipse: indito à natura robore, catenas oppositas dissolvebat; fortissimum in se Achillem exhibens. In Hungaria repressit hostem ab Oravia, & Rebellisanctiũ possedit castra. Hic est SAPIEHA, qui maluit periculosum & metuendum cum Turca inire bellum, quàm quæstuosum Commissarii in Moschowiam obire munus. Ille est, qui primis Comitiis Grodnensibus Mareschallus Legatorũ præfuit: tantumq; effecit authoritate, activitate, ac præcelso sensu, quantum litigiosa protunc Reipublicæ condtio affectabat. Sed quod maximi elogii est, quod dum *unum ex officiis sit vitæ, mori*, ut ait Seneca, hoc ille munus perinsigniter adimplevit. Auditum enim de instante morte nuncium perlibenter susceptit, & accersito è Religiosis Reformatorum Sacerdote, coram illo instituta exomologesi, Sacrosanctis Sacramentis munitus; inter actus Fidei, Spei, Amoris Divini, in vulneribus Crucifixi, Lublini vitam suam posuit, cum Divo Augustino ingeminando. *O IESV Bone! vulnera animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, igneo & potentissimo telo tuæ nimiæ Charitatis. Tu es sagitta electa, confige cor meum, ut dicat tibi anima mea: Charitate tuâ vulnerata sum, ita; ut ipso*

vulnere amoris tui fluant lachrymæ. Suspirabat pariter fiduciali affectu ad Matrem Misericordiæ, tanquam fidelis Sodalis; repetendo hæc verba: *Monstra Te esse Matrem;* ad Divam agonisantium Tutelarem, Barbaram, ad Angelum Custodem suum, convertebat affectus; dignus, quem plurimi in eximia morte imitentur: post cujus fata Sereniſſimus Joannes Tertius Poloniarum Monarcha hæc dolenti animo dixit: *Hem magnum Virum & necessarium amisit Patria.* Integrum verò protunc Lublini Tribunal Regium, magno ejusdem fata excepit sensu. Consors ejus ē celsissima LUBOMIRIORUM Familiâ, ANNA Supremi Mareschalli Regni Filia, & dotibus, & sublimi origine præclara, quántis glorioſa fuerit natalibus? Orbi Po-

Polono, imò toti Europæ abundè notũ est, cujus, præter cæteros præclarissimos ejus Gentis Heroas, Stanislaus Lubomirius, in omnibus expeditionibus (ut ait Okolski) Regni victorioſus, in Chotimensi glorioſus apparuit; in aliis vocatus Patriæ Amator, in hac vocatus est Pater & Senator: Nec mirũ, ope enim Cælesti post mortem Chodkievicii, jure omni belli pacisq; susceptо, regimen ac totum imperium suum Divinæ administrationi addixerat, ut salutem totius exercitus cum fortuna sua sartam tectãq; custodiret. Verùm illius bellicoſa facinora, aliorumq; Celsissimæ Familiæ Lubomiriorum Procerum merita enarrare, esset volumen grande conscribere, quæ in hanc suam celsissimam sobolem ANNAM scilicet descendentia, cum ea-

dem, affini ſocietate in Domum SAPIEHANAM illata ſunt. Præcelſa hæc à Natalibus Conſors, pari Virtute, authoritate, prudentiâ eminuit, paremq; ſuſcepit prolem Joannem, Joſephum, & Georgium (præter Franciſcam Jacobo Henrico S. R. I. Comiti de FLEMING. Supremo Præfecto Stabuli D. M. L. Copiarum Regni authoramenti exotici, Generali Commendanti; ac Supremo Mareſchallo Campi Exercitus Electoralis Saxonici &c: &c: elocatam) quorum oculis noſtris patentia geſta ſequentes paginæ evolvent, Hîc autē FRANCISCI SAPIEHA nec non CASIMIRI ac BENEDICTI Frater ſub calamum venit.

LEO SAPIEHA Theſau-

ſaurarius Curiæ, Generalis Armamentarii M. D. L. Filius PAULI Palatini Vilnenſis.

IUdiciorum Divinornm ſcrutari abſcondita, eſt abyſſum introire; cujus incomprehenſibilitatem comprehendere, & inveſtigabiles vias obſervare, non jam temerarium, ſed planè abſurdū. Ita quod hic morte placida, ille violentâ occumbat, hic è lecto, alter è Martio campo ad lethum properet; hic lento fatorum impetatur curſu, ille veloci, & quod magis, ſubitaneo opprimatur fato, Altiſſimæ Divinæ diſpoſitionis hæc ſeries eſt: cujus quis ſenſum novit, aut

quis

quis Consiliarius ejus fuit. **LEO SAPIEHA** Thesaurarius Curiæ, dum Prædecessores sui inter Martia tela quærebant gloriæ & vitæ suæ terminum; ille inter proprios Lares invenit: Illi emeriti annis & gestis suum clausêre diẽ, hic præceleri morte, eâq; per explosionem sclopeti acceleratâ, uti fortuito casu, ita non sine Numinis Sacrosancta dispositione festinus ad fata properavit. Nec interim dolenda hæc fati ratio, absq; necessario ad hæc momenta dolore fuit; ventum siquidem opitulante Divinâ gratiâ ad dolorem de peccatis & absolutionem, quam Christiana & Catholica protunc exposcit professio. Quantæ autẽ existimationis **LEO SAPIEHA** in patria fuerit; ex dignitatibus eidem collatis patet, qui nondum ætate provectus,

ctus, ad Thesaurarii officia, & ad dispositionem Armamentarii M. D. L. per officium Generalis evectus fuerat; procul dubio sublimiùs ad honores & fasces ascendisset; nî præproperum fatum ad descensum & occasum vitæ inclinâsset. Recolit memori cultu etiamnum illius heròém animũ Litvana militia, quo Vir Nominis suis **LEO** in hostem spirabat, sub Aureo monte vulgò *Złotą górą;* ubi officii sui strenuè gerens vices; Gene*ralis* Armamentarii Magni Ducatûs Litvaniæ, hostilibus tormentis, vim tormentorum opposuit: fregit ac perfregit oppositas machinas: interq; disruptas impavido vultu perstitit: & dum in Martio campo forti ac imperterrito animo superavit fata; ab iisdem brevì posthàc superatus, diem suum obiit.

JOANNES SAPIEHA Comes in Wieluń, Koźmin, Rawicz, Capitaneus Bobroyscensis, Zdzitovienſis, Sokołovienſis &c: Filius FRANCISCI Præfecti Stabuli, & Generalis Armamentarii M. D. L.

MArtem Sarmatiæ, inter Bellatores Europæ meritò annumerandum, aggredior loqui, qui tanta in

in cervicibus profuſo tabo ſcripſit gloriæ documenta; quanta vix inter Imperatores belli repereris. Supremus Exercituum Magni Ducatûs Litvaniæ Dux ac Imperator renunciatus, non Nomina inania & titulos tremendos geſſit; ſed ſeipſum tremendum oppoſuit adverſæ aciei. Norma planè hic Imperatorum belli eſt, qui non vallatus & armatus præcedentibus cohortibus in campum prodibat, ſed ipſe primus in oppoſitam militiam irruebat, ut nullius priùs gladium tumentem tabo ſpectare licuerit, niſi ipſius Ducis. Inchoabat ille primus in cervicibus ſcribere; quod ſequentes turmæ legere & imitari debuerant. Nec imparem etiam ſibi militiam aſſociaverat. Duce quippe Leone, etiam Cervi animos aſſumunt, & facilè eſt in

hoſtes involare, cùm jam eoſdem ſtrenui Anteambulonis & Antabatæ præoccupaverit manus. Profuſioris eſſet ſtyli marțios campos & arenas emetiri, in quibus JOANNIS SAPIEHA Capitanei Bobroyſcenſis triumphavit gloria: cùm ſingulorum patriæ Civium recenſens ennarret memoria; & illud auguſtiſſimum Careæ Majeſtatis encomium; quo hujus Victorioſi Imperatoris ac bellicoſi Ducis deprædicavit trophæa. Cùm enim in quodam congreſſu poſt facta armorum interſtitia coram Auguſto Moſchoviæ Monarcha hic Bellator compareret; ſubridens Moſcuæ Imperator quæſivit hocciné ferro ſuccinctus eſſet; cùm Moſchos ſuos fortiter ac ſtrenuè profligârat? repoſuit ille; hunc ſplendoris, non fortitudinis eſſe acinacē,

cum

cum quo apparet: alium ſupereſſe, quo adverſas aggreditur vires. Ac ſi diceret, tabo glorioſum ferrum in martio campo bene agere, extra hos limites non procedere, aſt velut pretioſum monile in ærario conſervari. Multùm æſtimata ab Orientis Monarcha hujus Achillis fortitudo, quantum encomii addidit; ex eo patet: quòd magni ponderis ſit, ab illo appretiari, qui momenta bellorum & bellandi rationem apprimè noverat; ſciveratq́; quòd JOANNES SAPIEHA non primus à tergo militiæ ad fugam Dux, in prælia ſe ſiſteret; ſed Anteſignanus cohortium; primam belli aleam vendicaret ſibi; primosq́; triumphos proprio connotaret acinace. Tantus Triumphator & ſtrenuus Heros exinde ille fuerat, quòd militem ab inſo-

 len-

lenti licentia & rapinis còércitum habuerit, non ignorans, *feralem esse prœliorum comitem Civium lachrymas, quæ tabo bellico immixtæ, aut deturpant victorias, aut tollunt.* Lectissimam sibi etiam Consortem adlegerat Palatini Łęczyciensis Filiam, è veterrima Opaliniorũ stirpe, cujus antiquissima Familia primò Łodziarum, dein Bninściorum, tandẽ de Bnin Opalińsciorum titulis insignita, uti pervetusto Domûs decore, Navi, seu *Łodzia*, glorioſum, ita celeberrimis è Gente sua Proceribus, ac Regni Senatoribus, pervulgatum hoc Nomen effecit. Ex hac celebratissima Conjuge sequentem habuit prolem.

PETRUS SAPIEHA Comes in Wieluń, Koźmin,

Koźmin, & Rawicz, Capitaneus Zdzitoviensis.

PRæclari Parentis Joannis SAPIEHA Bellatoris Sarmatiæ præclara Progenies ab hoc derivatam triumphorum gloriam, in se promovendam non vano indicio monstrat, illam spem in se referens, quæ Patriæ totius oblectat desideria, Victorioſi Patris vestigia obſervat, pulchros gloriæ præsignat passus.

FRANCISCUS SAPIEHA Comes in Wieluń, Koźmin, & Rawicz, Coadjutor Illustrissimi

Ab-

Abbatis Landenſis.

ALter ejuſdem præcelſi Patris Filius, ad Aras Divorum decurrens, etiam in Sacrariis conſecratũ SAPIEHIS honorem deſignat: & dum Vilnenſes, Samogitiæ, Paradyſienſes, Domus ſua recoluit Infulas; hic pariter Infulatus Honorius profanis Sacras addet Curules, ad quas dignam dotum & Virtutum præfert celſitudinem.

PAULUS SAPIEHA Comes in Wielun, Koźmin, & Rawicz, Capitaneus Sokołovienſis.

TErtius hic Filius Coronat Patrem ſuum, cujus Victorioſa acta ſequenti imitatione proſequetur, neq; enim fructus procul ab arbore ſpargũtur, nec hic glorioſus ſucceſſor, à gloria bellicoſi Parentis recedet, prout bulliens in venis herous ſangvis, & Patrum ſuorum deſignat Imitatio.

JOSEPHUS SAPIEHA Comes in Boćki, Roś, & Trościenica, Theſaurarius Magni Ducatûs Litvaniæ. Filius FRANCISCI Præfecti Stabuli, & Generalis Armamentarii M. D. L.

ACcrevit in hoc Magno Litvaniæ Dynaſta Illuſtriſſimorum SAPIEHARUM gloria, quæ nunquã decreſcere noverat: tantumq; proceſſit; ut ſemper in ſublimi appareat. Plurimas Theſauri Claves recenſuit hæc Domus, ſuisq; Proceribus cõmiſſas habuit; nunc etiam in JOSEPHO SAPIEHA Theſaurario Magni Ducatûs Litvaniæ, eundẽ honorẽ retinens; cũ nulli meliùs Theſaurus Patriæ tradi poſſit Familiæ; quàm illi, quæ poſſeſſiones, opes, & dotes ſuas, imò proprium ſangvinẽ in emolumentum patriæ expendere noverat. Quantum hic amorem & honorem inter Nobilitatem Magnus Litvanæ gentis Miniſter habeat, quantâ authoritate inter Proceres emineat; in liquido eſt: nec mirùm, quòd illum præcelſi honores ſuo pro-

proſequantur cultu, qui in Divorum Aras profuſus ad munificentiam eſt. Habet quod in acceptis referat Boćkovienſis Eccleſia, cui appoſitus decor, auctus ſplendor, & promota inibi Numinis gloria, addit per eximium decus SAPIEHANO Nomini, quod JOSEPHUS SAPIEHA ſuâ munificentiâ, & donis, in ſublime provexit. Provecta hæc in altum ſublimitas aſſociato etiam honore apparet eminens. Aſſumpſerat lectam & electam Conſortem ille, è ſtirpe antiquiſſima à Branice & Ruſzcza Branicciorum, qui originem ducunt à Comite Suliſlao Palatino Cracovienſi ad annum milleſimum ducenteſimum trigeſimũ; unde clarè patet, quantos honores hæc præcelſa Conjunx in Proſapiam SAPIEHANAM intulerit?

cùm veterrima Branicciorum Familia jam quintum ſæculum inter Senatorios faſces impleat, implebitq; futuris luſtris, ut ex Illuſtriſſimo Braniccio Capitaneo Branſcenſi lectiſſimo hujus Conſortis Fratre legere licet, qui & ad patrias dignũ ſe gerit Curules, & in Celſiſſima Conjuge ſua CATHARINA Radivilii Supremi Cancellarii M. D. L. filiâ non imparem Nomini ſuo exhibet Celſitudinem. Jam verò è Maternis decoribus SAPIEHANUM Nomen (non ſine annutu Sedis Apoſtolicæ) hæc Conſors CHRISTINA Braniccia Palatini Podlachiæ filia, Conſors JOSEPHI SAPIEHA, eidem Familiæ SAPIEHARUM reddidit, Matrem habens è Domo SAPIEHANA ſatam, ac genitam è CASIMIRO SAPIEHA Palatino Vilnen-

nenſi. Fæcundat polus lectiſſimũ hoc par deſiderata prole; ut videant natos Natorũ & ſuccreſcentẽ in poſteris ſuã gloriam. Cùm jam Thaddæum, prognatum ex his Celſiſſimis Parentibus decus, faſciæ nunc exambiant; quem faſces Senatorii expetent, ſublimes Progenitorum comitabuntur honores, & cui par præcelſo ProParenti ſuo reſpondebit gloria.

GEORGIUS SAPIEHA Comes in Lachowicze, Capitaneus Vilkovienſis &c. FRANCISCI Præfecti Stabuli & Generalis Armamenta-

rii M. D. L. Filius.

LEgitima exdiviſionis ſorte Comitatum in Lachowicze capeſſens, utì pleni juris heres bonorũ Domûs ſuæ, ita pariter meritorum ejuſdem, per excultam ſcientiis mentem, & excelſam eruditionem, factus Sectator. Inter exotica ſtudia, initia ſcientiarum fecit, eaq; inter patrios limites perſpicaci ſolertia promovit, & in illum eruditionis ac eximii judicii proceſſit Arbitrũ; qui Supremo Tribunalis Palæmonii judicio præeſſe potuerit; non pridem Mareſchallus cum Regalis brachii authoritate, & nominis ſui gloria celebratus. Non mediocris ſcilicet peritiæ munus eſt, collectis è totius gentis ſinu præſidere Arbitris, magniq; momenti exiſtima-

matio; illis præeſſe, ac ſenſa moderari eorum, qui totius Provinciæ lites dirimire; cauſas judicare; ſancire leges, ac ſtatuta, poſſunt. His præfuit GEORGIUS SAPIEHA; nec ſolùm in Palæmonio Areopago, quò totius Litvaniæ, tanquam ad Regale brachium excutiendæ concurrunt cauſæ; verùm & in Regni Tribunali Super-Arbiter Judex erat, quò integræ Polonæ Gentis copioſa litigia & cauſarũ devolvuntur pondera. *Quo* etiam erga Divos ſit cultu? Lachovicienſis Eccleſia id refert; cui Collator eximius munificentiæ ſuæ exhibuit dona. Conſors ejus ſublimi origine procedens, parem addit honorem, quæ RADOMICCIORUM Gente ſata Palatinis Inowroclavienſis, campũ rubentem ſangvine, in ſtemmate Domûs ſuæ

gerens; Magnos Heroas & Proceres è ſtirpe ſua, SAPIEHANÆ Proſapiæ affini ſocietate innexuit. Ex hac Filiam protulit, quæ nondum adulta, Parentum ſoletur deſideria, cor & affectus recreet, ac in ſpem optimam Celſiſſimæ Domûs ſuæ attollat vota.

PARS TERTIA.

Series Illuſtriſſimæ SAPIEHARVM Domûs in Coden, à IOANNE SAPIEHA Palatino Podlachiæ, Filio Sunigaylonis II. deſcendentium.

Deducta Celſiſſimâ SAPIEHARUM Stirpe à THEODATO SAPIEHA Palatino Smolenſcenſi, Filio Sunigaylonis deſcendentiũ; altera nunc linea eorum ſub calamum venit, qui à JOANNE SAPIEHA Palatino Podlachiæ ſuam Originem derivant, dictorum in Coden, ex eo, quia primo heres hujus peramplæ Civitatis hic IOANNES Palati-

nus Podlachiæ fuerat. Et quia meritò primariis Sarmatiæ Urbibus accenſenda eſt Sedes hæc SAPIEHARUM in Koden, antequam ad deductionem lineæ Codnenſium veniam, non incongruum erit, ſi Codnenſis Civitatis ſitus & origo hìc inſinuetur. Civitas Coden Præcelſæ Domûs SAPIEHARUM Emporium, in Magno Ducatu Litvaniæ ad illam oram, quæ Breſtianenſis Palatinatus dicitur, in Diæceſi Luceorienſi ſita eſt. Vilnâ quinquaginta milliaribus, Cracoviâ totidem, Varſaviâ viginti octo, Leopoli triginta ſex, Gedanô ſeptuaginta duobus, Lublinô quindecim, à limitibus Regni, hoc eſt, à territorio Chelmenſi quinq; leucis diſſita. Antiquitus ampla & ædificiis magnifica, nunc injuriis bellorum, & frequentibus incendiis, multùm à priſtino deflectens nitore. Situs illius amænus à quodam Academico Poſnanienſi hoc deſcriptus compendio: *Stupore fixas ut rapit intima mentes, venuſti delicii loci, mirantibus ſat ſcena dulcis, luxurians ocalis voluptas.* Ab una ſiquidem parte planities ampla meſſium exporrigit feracem terram, alteram partẽ navigabilis fluvius (Cromero Bugus dictꝰ) alluit, quo naves Gedanũ devehuntur ex integra Volhynia: tertia pars tota in pratis eſt, pecuaria paſcua commodè exporrigens; quarta demum delectantes oculum

lum ſylvas & nemora, amæno ſitu diſpoſita exhibet; breviter, Sedes amænitatis; & delicium terræ hìc fixum dici poteſt. Arcem habet eminentẽ, cinctamq; aquis, Eccleſias Majeſtuoſas; Præſides Civitatis jus gladii vendicant, & lege Saxonica judicia formant, Titulus Comitatûs ei annexus eſt, & Infulatæ Præpoſituræ; quod autem potiſſimum eſt, Thaumaturgæ Iconis gratiis, quas pleno ſinu Mater Gratiarum diffundit, celebris, nec non multitudine & copiâ ſacrorum Lipſanorum ſupra cæteras Urbes eminet glorioſa. Nominis ejus origo hæc ab Authoribus refertur. Princeps quidam Litvaniæ (*Mendogum aliqui dicunt, qui primus etiam ac ultimus ejuſdem gentis Rex fuerat*) in hoſtem moturus *arma, caſtra in hoc loco*, non procul ab exercitu hoſtium poſuit; dilato ob imminentem noctem, in futuram lucem congreſſu prælii: ipſe interim ad quietem ſe componens præceperat Roxolano aulico, ut ad prima initia lucis citra ullum reſpectum ſibi abrumperet ſomnum. Paruit mandatis obſequioſus famulus, dumq; rubeſcentem aurorâ adverteret polum, contentioſa voce ad aures ſopiti Principis inclamat, *To den*, ac ſi diceret: jam dies in proximo eſt, primamq; revolvit lucem. Princeps ſopore abſterſo inſtruit exercitum, committit prælium, fugat

ac vin-

ac vincit hoſtem. Ex hinc locus victoriæ *To den*, ſucceſſu autem temporis *Coden* dictus, utroq; nomine in vetuſtioribus Mappis ſcribi ſolitus. Quibus verò & quantis privilegiis gaudeat ad hæc tempora; longum hìc eſſet recenſere, cùm jam illa inſerta ſint typo, & Sarmatico Orbi nota. Hoc interim appono, ne aliquis in errorem ductus, illud ſupponat Oppidum, quod haud procul à Zytomiria, propè Rozynum & Cotelnã, ſupra flumen Ciećierow conditum à Rozynſciis Ducibus Codna dicitur. Alia enim eſt inibi ejuſdem nominis, verùm non ejuſdem originis cum hac Codna, quæ in præſens deſcripta eſt, Metropoli manſionis SAPIEHANÆ, & poſt fata depoſitorio exuviarum corporum; locum ſepulchri in Magnifica Baſilica continente. Ad initia hujus Urbis Molendinum ſolùm in hoc loco Roſzczyciorum genti jure hæreditario tranſcriptum fuerat; quod IOANNES SAPIEHA à Michàéle & Anaſtaſio Roſzczyciis Fratribus emptionis lege acquiſitum poſſidens, inibi Civitatis prima lineamenta poſuit; illeq; eſt, qui primus in hac ſerie venit.

JOANNES SAPIEHA Palatinus Podlachiæ; Filius Sunigaylonis Caſtellani Trocenſis; In

Coden SAPIEHARUM Author, & primus Pro-pater

Alter hic Sunigaylonis Caſtellani Trocenſis Filius, poſtquam Theodatus ejus Frater Palatinus Smolenſcenſium ſub Ioanne Alberto, ſtrenuus in oris Severiæ pro Patria captivus haberetur, ille Patriæ non excedens limites, in Coden primus Dominus, Metropolim SAPIEHANÆ Sedis in hac celebri Urbe poſuit. Magnæ exiſtimationis Vir erat, ſublimibuſq; in Patria adornatus honoribus, natus ex Principe Hlinſcia, quæ in maritales manubias Simeoni Sunigayloni Parenti ejus venerat; ætatem nondum maturam in tutela Caſimiri Iagelloniadæ *Poloniarum* Regis exegerat, à quo in multis privilegiis *Plemiennik*, patrio pro tunc idiomate, ſeu Conſangvineus dicitur, peractâq; Romam Legatione, Fidem Orthodoxam amplexus, diviſi ab Eccleſia Schiſmatis priùs cultor. In magnis gratiis, reſpectibus, ac favoribus Ioanni Alberto Regi Poloniæ habitus; apud Helenam Reginam primùm Cancellarius, dein apud Alexandrum Regem Poloniæ Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ, expoſt Cancellarius. Sigiſmundo autem primo Poloniarum Regi in tantis erat gratiis, ut poſtquam illi ampliſſimas con-

Monum: Codnen:

Okolſki Orb. Polon: tom: 2 folio 138.

ceſſiſſet ditiones, primùm Cancellarium, dein Vitebſcenſem & Ducem Exercituum, ad extremum, Podlachiæ Palatinum, ſupremum Mareſchallum, & primum Secretarium, Gubernatorem ſeu Vice-Regem Litvanæ, aliarumq; bello ocupatarum Provinciarum, Breſtianenſem, Branſcenſem, Drogicinenſem, Braclavienſem, Camenecenſem, Cobrinensē, Nowodworenſem Præfectum conſtituerit, eidemq; privilegium Confirmationis ſtemma LIS ad annum 1512. contulerit, ut legere eſt ſuperiùs poſitū inter encomia Sunigaylonis Parentis ejus. Porrò ditiones ampliſſimæ à Sigiſmundo illi collatæ erant Ikaźń, Codnenſes Villæ non paucæ: Boćki, Wiśnice, Pohoſt, Huchſtat, & centum Villæ in Palatinatu Smolenſcenſi, ut teſtantur privilegia. In vim autem meritorum hæc ei contulit bona. Ille enim anno 1514. ſuo milite exercitum Moſchoviticum profligavit, machinationes Glińſcii contra Rempublicam prodidit, ut teſtatur de eo ſingulare Regis diploma, & Kojałowicz refert, aitq;: *Profectò fato quodam ita res Litvanas agi, ut inter domeſticos motus; adverſùs ſuprema pericula è SAPIEHANA Domo prima veniant præſidia. Gravis olim Avorum memoria, ex Glińſciana factione incubuerat tempeſtas, ſi ad deſtinatam perditionem Ruſſorum defectio acceſſiſſet, extre-*

Kojałowicz in præfat: ad Hiſt: Litvā: p. 1.

extrema futura. Verùm conſilia rebellium maturè à IOANNE SAPIEHA deprehenſa, Regi indicata, contrariis artibus oppugnata, eo ipſo robur amiſerunt, quòd antequam ex integro cōáluiſſent, in lucem fuiſſent protracta. Legationem ſub Alexandro Rege ſexies in Moſchoviam obiit. Anno milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſexto. Milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo 7. Milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo 8. Milleſimo, quingenteſimo, 2. Milleſimo, quingenteſimo 5. Milleſimo, quingenteſimo 8. In quibus Legationibus Moſchovitica Scripta vocant illum Notarium, & Supremū Secretarium *Magni Ducatûs Litvaniæ.* Humanitatis *hic IOANNES SAPIEHA* fuit eximiæ, Sigiſmundum Regem aliquot diebus hoſpitem Domi ſuæ habuit, & magno apparatu ac magnificentiâ cum tota aula ſuſcepit, à quibus temporibus in Domo SAPIEHANA ſcyphus conſervabatur, *Iwan* dictus. Septies in bello Victor, Templorum & Domûs Dei ſingularis Cultor, Boćkovienſem cum amplis redditibus & proventibus, dein Codnenſem primus Fundator Parochiam erexit, ubi ad initia ligneum Templum, ſub titulo Sacratiſſimi Paracleti ad ripā præterlabentis Bugi poſuit, illiq; pecuniariam dotem, requiſitum apparatum, ac Sacerdotem indi-

dit.

dit. Civitati Codnenſi Inſigne Angelum cum gladio ſtantem impoſuit, quo etiamnum velut Præſide ſuo utitur Codna, & hanc ob cauſam inter Patria Stemmata SAPIEHANÆ Domûs hic Cæleſtis cum gladio Armiger ponitur. Plura egiſſet in Aras Divorum, & decus Familiæ ſuæ hic Codnen: SAPIEHARUM Author, ac inter eorum Aborigines primus Dynaſta, niſi fata metam ejus præclaris actionibus poſuiſſent, quibus ſe totum in ſubſidium & tutelam Patriæ, in ornamentum Proſapiæ ſuæ, per varia miniſteria, Legationes, belli negotia, & Ducales curas impendit. Conſortem primam è celebratiſſima per Litvaniã, ac Principe Domo, DOROTHAM à Monivid Hlebowiczownã aſſumpſerat, cujus ſublimis Origo alibi expreſſa, & per Authores notiſſima eſt, hic ſolùm appono, quòd eadem Domus Hlebowicciorũ, & Principum Wiażewicciorum fuerat. Hlebus enim Palatinus Smolenſcenſium in hiſtoriis vocatur Wiazewicz, id eſt Wiazii Filius. Hinc Kojałowicz deducit Montwido Gediminiadæ Filiũ unicũ fuiſſe Monvidũ Palatinum Vilnenſẽ, in Baptiſmo vocatum Albertum. Huic Filios Olechno, Iuſzko, Wiaż. Wiazo verò Filium Hlebum, & alium quempiam, qui ad poſteros ſuos parentis, non ſuum nomen transmiſit, Altera IO-

Kojał: in manu SS.

ANNI

ANNI SAPIEHA in maritales manubias Conſors Anna Chodkiewiccia, Capitanei Grodnenſis Filia venerat, cujus pariter Nobiliſſimi Aborigines, & ſubſequentes Poſteri quantæ gloriæ, honorum, ac opum fuerint, ille ignorat, qui Hiſtoriam Patriam non novit; præter ſuperiùs allata, de hac Domo, adhuc infra de eadem agam; cùm frequenti nexu ac ſocietate hæc pervetuſta Familia, ac locupletiſſima olim, SAPIEHANÆ Familiæ fuerit colligata. Tertio Matrimonii cultu eidem conjunx Korczewſka, Caſtellanis Podlachiæ obtigit. Hæc in Palatinatu Kijovienſi, & in Magno Ducatu Litv: natales ſuos recenſens; *Inſigne Domûs ſuæ duas Cruces in una linea coloris albi, in campo cæleſtino, tres verò Pennas Struthionis* ſuper Coronam tulit, vocaturq́; Stemma hoc *Swięczyc*, antiquum in Polonia à primis fortè Catholicis ſuſceptũ, vel ex ſpoliis Crucigerorum conceſſum; demum in unione M. Ducatûs Litvaniæ cum Regno, in Hrodlo milleſimo quadringenteſimo 13. à nobili Litvaniæ aſſumptũ: unde in Litvania, & in Volhynia Nobiles ijsdem armis utuntur. Ivanus Korczewſki erexit Oppidum Grodek, ſeu Adamgrodek. Adamus verò Korczewſki in eodem Oppido cum Chriſtina Modliſzewſka Conſorte ſua, fundârunt Ordinem Sacrum Prædica-

Bie'ſki fol: 242.

Okol'ſki Orb: Pol: tomo 3. fol: 142.

B

torum

torum. Ex hac Conjuge JOANNES SAPIEHA Filiam Catharinam protulit, quæ ſacratiori intenta Profeſſioni, in Parthenopoli Monialium Divi Baſilii, vitam exegit. Ex Hlebovicia nullam prolẽ habuit, jam verò ex Chodkiewicia uti numeroſiorem, ita perinſignem ſpectavit: præter enim Petrum, & Michaẽlem, qui ẽ Domo Hlebowiciorum Palatinidam Vilnenſem in conſortium ſibi adjunxerat, Filiamq; Annam primùm Principi Prenenſi, tum Nicolao Sieniawſki Caſtellano Camenecenſi Duci campeſtri Regni, expoſt elocatã, habuit Filios Paulum Palatinum Novogrodenſem, (à quo Ioannes SAPIEHA Caſtellanus Trocenſis, nunc adhuc ſuperſtes per rectam procedit lineam) & Fridericum Ioannem Palatinum Podlachiæ, (à quo Leo ille verè magnus Palatinus Vilnenſis, ejuſq; Soboles ultima in Caſimiro Leone Procancellario M. D. Litv: prodierat) nec non Bonam, ſeu Debrochnam Filiam. Paulum Novogrodenſem, & Ioannem Fridericum Podlachiæ Palatinos, ſequentes paginæ proferent. Hîc præcelſa Filia in argumentum venit, quæ ſublimiſſimæ Comitum de Tęczyn ſociata Familiæ, Tenczynio Palatino Sendomirienſi elocata eſt. Cui hoc Epitaphium in Kraſnik legitur: *Ioanni Gabrieli, Comiti á Tęczyn, Palatino Sendomirienſi, Curiæ M. Reg:*

Reg. Mareſchalco, Capitaneo Lublinenſi & Lelovienſi, Viro ob ingenii præſtantiſſimi gravitatem, integritatem animi, Domi foriſq; Clariſſimo, ac cæteris Senatoriis virtutibus, Fide, Iuſtitiâ, Prudentiâ longè ornatiſſimo. Qui à D. Sigiſmundo Primo Rege Poloniarum in Senatum lectus, ac ſplendidis honoribus ab ejus M. delatis functus, fidelis perpetuò, ac bonus ejus Conſiliarius fuit. Ad Sulimanum primò Turcarũ Imperatorem, poſtea ad Sereniſſimũ Ferdinandum Romanum Imperatorem, Hungariæ & Bohemiæ Regem miſſus, illuſtres Legationes obivit, poſt cujus deinde mortem, ita Sereniſſimum Sigiſmundum Auguſtum Poloniarum Regem ſummâ pietate & obſervantiâ coluit, ut & Patrono tantorum præmiorum memoriam præſtaret, & M Regiæ fide, ſtudiô, labore, conſiliô, operâ, nullo loco ad extremum uſq; ſpiritum defuiſſe agnoſceretur. Mortuus anno 1553, ætatis 68. die vigeſima Maij. Hic tantus Heros ab Andrea Navogii, qui primus à Tencino arce erecta, Tenczyński nuncupatus fuit, & à Zegotta Palatino Cracovienſi, aliiſq; veterrimis Starzarum Progenitoribus procedens, dum è SAPIEHANA æquali ſtirpe adlegerat ſibi Conjugem, quantam Conſorti ſuæ hoc præclaro nexu, & SAPIEHARUM affini Societati addidit cellitudinem, patens eſt, certumq; reddit; quòd

accumulati Splendores intendant Majeſtatem, & ſociata Gloria ampliorem Honorem exhibeat. Ioannes verò SAPIEHA Palatinus Podlachiæ emeritus in Patriam, in militia glorioſus, inſigni Prole beatus, in provecta ætate diem ſuum obiit: tumulatus in Eccleſia Bockovienſi. Succeſſu autem temporis per Paulum SAPIEHA Palatinum Novogrodenſem in Eccleſiam Codnenſem è muro poſitam, Græcò-Uniti Ritûs, exuviæ ejus corporis translatæ, & inſcriptione Rutheni idiomatis honoratæ ſunt, quæ hucuſq; ea in Eccleſia legitur, exhibens ab Origine Stemmata SAPIEHANÆ Domûs: ſcilicet tres Columnas, Equitem, tria Lilia, & Sagittam, ſeu Lis cum duabus Mitris, ubi etiam cernuntur inſculpta ſigna mortalitatis hoc eſt Clepſammidion aliàs Clepſydra ſeu horologium arenoſum, Calvaria, & Nycticorax ſeu Corvus nocturnus. Tandem cineres hi in communi tranſlatione exuviarum SAPIEHANARUM ex Eccleſia Græcò-Uniti in Baſilicam Romanò-Lati Ritûs transportati ſunt, & ex Rutheno in latinum ſenſum genuinè tranſumptum Epitahium hoc habetur. *D. O. M. Ivano Simeonidæ Sophia, priùs Notario, poſt Cancellario dein Duci Exercituum Magni Ducatûs Litvaniæ & Vitebſcenſi, poſtremò Podlachiæ Palatino, nec non Mareſchalco & Supremo M. D. L. Secretario, Braclavienſi Capitaneo, Hæredi in Kodeu; Magnis Dynaſtis oriundo Sunigalio*

lio nimirum Punigailonide Sophia Caſtellano Trocenſi, Simeonis nomine in Baptiſmo ſub Iagiellone, arma Lis, ad avita Columnarum & liliorum Stemmata in Unione Litvaniæ aſſociatis, inſignito parente, Punigailone Narimundovitio; Olgierdo Coætaneo etiam Trocenſi Caſtellano Sophia â Sapientia dicto (unde ſuum tota poſteritas derivat nomen Narimundovitiorum, nempe Belzenſis & Podolienſis Ducum Fratre) Avo; Narimundo Gediminovitio Pinſcenſium Duce Proavo, Gediminio Vitenide Abavo, Vitene Atavo Litvaniæ Principibus. Paulus Ivanovitius Sopiha Mareſchalcus S. R. Majeſtatis, 89. Annorum ætatis emenſæ Parenti hanc inſcriptionem poſuit Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo. Quæ antiquis Roxolanorum literis, Letheo inciſa lapidi, ijſdemq; armis ornata circa tranſlationem huc SAPIEHANORUM Cinerum, in æde vnitò-Græca, arcis Codnenſis reperta, ac tandem latinis expreſſa verbis, ſit perennitati.

FRIDERICUS JOANNES SAPIEHA Palatinus Podlachiæ: Filius Joannis Palatini itidem Podlachiæ.

Hic in Chronicis Roxolanis Fedor: â Kojałowicz Joannes dictus; in privilegio Anni m lleſimi quingenteſimi decimi-quinti Palatinus Tranſnarvienſis ex eo nuncupátur quòd illa Regio quæ Podlachia aut *Kojałowicz in mſs.*

Sub-

Subſylvania fertur; Narviam fluvium attingat & ad utramq́; illius ripam ſita, ab eodem ſortitur Nomẽ. Podlachia veró â proximis Sylvis ex patrio idiomate vocatur; & ex Latino Subſylvania. Huic Regioni Palatinus FRIDERICUS JOANNES SAPIEHA præfuit. Magnus Legatus â Sigiſmundo Auguſto in Moſchoviã & repetitis aliquoties vicibus, Anno ſcilicet milleſimo quingenteſimo nono; milleſimo quingenteſimo decimo quinto. milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo, hoc munus glorioſè obijt. Paroeciam Græci Ritûs in bonis ſuis Druja dictis fundavit, ibiq́; cum conſortibus ſuis tumulatus, Judiciorum ſupremorum expectat diem. Duæ illi conſortes è celeberrimis Familiis erant. Prima Anna Princeps Mondvidowna Zabrzezyńſka Palatini Novogrodenſis, Altera Anna Lubartovicia, Principis Sanguſzko Capitanei Vlodimirienſis Filia. Zabrzezynſciorũ Ducalis olim Familia deſcendit ab eodem Progenitore Montvido, â quo & Hleboviciorum Linea. Sumptum habet nomen â Zabrzezie, cui Acta Moſchovitica dant Titulum, Ducum. Sanguſzkorum verò Princeps Domus deſcendit â Theodoro Lubarto Duce: inde & Lubartovitij dicuntur. Porro hunc Lubartum alij dicunt eſſe Filium Olgierdi, Alij filium Gedimini ut Linea Domûs Sanguſzkorum oſtendit. Duces hi Luceorienſes,

enſes, Halicienſes, Leopolienſes, Severienſes, Kowelſcij ac Koſzyrſcij in Progenitoribus dicti, etiam ad hæc tempora nonnullos conſervant titulos. Ex Prædeceſſoribus eorum Sanguſzko Lubarti Gediminiadæ filius, Chriſtiano more Demetrius dictus, Dux Luceorienſis & Severienſis, Magnæ Authoritatis apud Paleologum Imperatorem, ab eodem accepit dono inſignem partem Crucis Vivificæ in qua Chriſtus paſſus eſt. Ejus Nepos Romanus Sanguſzko Dux Campeſtris Exercituum Litvaniæ, ſimul Dux in Nieſvicze & Lokacze Palatinus Braſlavienſis Capitaneus Zytomirienſis, Vinnicenſis: â Starowolſcio inter Bellatores Sarmatiæ poſitus: quantis abundaverit Victoriis? ibi legere eſt: quantisq́; Princeps Sanguſzkorum Domus Proceribus & Heroibus ampliata ſit; Hiſtoriæ patriæ referunt; hîc attigiſſe præcelſũ illorum Nomen ſufficit, quod aſſociatum eſt SAPIEHANÆ Familiæ. Geminam ſolùm prolem eamq́; Maſculam FRIDERICUS JOANNES SAPIEHA habuit; verùm ex qua Famoſiſſimi prodiêre Bellatores, & illi prognati ſunt Leones duo, quorum rugitum quæ non expaverunt gentes; & qui non timuerunt hoſtes? Scilicet ex Joanne Joannicâ Filio iſtius Friderici Joannis Capitaneo Drogicinenſi Natus eſt LEO SAPIEHA Palatinus Vilnenſis, ex hoc Caſimirus Leo Procan-

cel-

cellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, quorum acta plures implebunt paginas, uti & STANISLAI Supremi Mareſchalli, ac CHRISTOPHORI SAPIEHA Notarii Magni Ducatûs Litvaniæ, Fratrum ejusdem Procancellarij, qui ultimus Caſimirus Procancellarius, ex hac directa Linea Friderici Joannis Palatini Podlachiæ opulentiſſimorum bonorum heres, eadem CASIMIRO PAULO SAPIEHA Palatino Vilnenſi transcripſit, & jus hereditarium in perſonam ejus transfudit, quem etiam proprio nomine in Baptiſmo inſigniri voluit, ut alibi jam relatum eſt. Hìc verò in argumentum venit

DEMETRIUS SAPIEHA FRIDERICI JOANNIS Palatini Podlachiæ Filius, ejusq; præcelſa progenies.

FRIDERICO JOANNE SAPIEHA ſatus, Fratrem habuit Joannem Capitaneum Drogicinenſem Magnorum Filiorum Progenitorem; ipſe verò in quatuor Filijs gloriam ſuam promovit. ALEXANDER SAPIEHA Caſtellanus Vitebſcenſium. Alter NICOLAUS SAPIEHA Præfectus Culinæ Magni Ducatûs Litvaniæ. Tertius LUCAS SAPIEHA Co-

Comes in Czarnobyl, Quintus Leo Judex Terreſtris Grodnenſis, Filij hujus fuêre Demetrij. Nicolaus è *Familia* Korſakorum Petronillam de Nomine *conſortem* adlegit, quæ vetus & ampliſſima per *Litvaniam* proſapia fertur veniſſe ex Corſica, ejusq; Authori primo Swidrigieylo conjugem ſuam Sororem, & in vicem dotis bona â Głębokie usq; ad Zawołocie dedit. Utitur hæc Familia armis *Anchorâ*; florens eſt in Palatinatu Polocenſi. Ultra fines verò Polocenſes in Moſchovia eſt locus dictus ab ipſis Moſchis antiquitus *Korſakorum* campus; â victoria quam *Korſak* ſuis copijs de Moſchis reportavit. Alij dicuntur Korſak de *Poczapow*, alij Korſak Hlubocki, alij Korſak *Borkołap*, alij Korſak Hołubicki, alij Korſak *Udzielſki* ad diſtinctionem domuum; licèt omnes ſint ejusdem originis & ſtemmatis. Sunt etiam ejusdem nominis in Palatinatu Breſtianenſi & in Novogrodenſi ac Trocenſi habentes pro Stemmate Lis, ſeu Bzura; hoc eſt, Sagittam cum duabus crucibus, in rubro Campo & in corona caſſidis vulpem erectam ſedentem. LUCAS SAPIEHA Comes in Czarnobyl poſt militaria in Moſchovia trophæa, cum Sophia Kmicianka Palatini Smolenſcenſium filia (qui ſub Auguſto Sigiſmundo in compenſationem bonorum amiſſorum in Severia accepit bona Carno-

Okolſki fol. 458

byl) tenuit connubia; unicum filium Samu-
Okolski stem. Lit. elem habuit qui, in ætate immatura è vivis sublatus
est. Fundârunt Ordini Prædicatorum Conventum
in Czarnobyl, ubi & corpora illorum quiescunt.
Summam merentur laudem, quòd schismate rejecto, Veram, Sanctam, Orthodoxam & Catholicam
Fidē amplexi sint, atq; in partibus ubi Ecclesiæ de-
fuerant inter medios Hæreticos & Schismaticos, Ca-
tholicis in sylvis degentibus Sacerdotes & Sacrificia
obtulerint. Consors hæc è Kmitarum Litvana vel
Russa familia, diversa ab illa, quæ fuit in Polonia;
procedens, suum Nomen habet inscriptum fastis.
Stemma hujus prosapiæ est duplex Labarum Eccle-
siasticum, ut patet ex monumento Lazari Kmita, Fi-
lij Philonis Palatini Smolenscensis defuncti in studijs
Literarum Vilnæ Anno millesimo quingentesimo no-
Paprocki fol. 667. nagesimo quarto; licèt Litvanos Kmitas Paprocki
ponat sub armis Korczak. Descendit hæc Domus â
Woronowiccijs, Primusq; Alexandri Woronowiccij
Ducis Exercituū apud Swidrigielo Filij dicti Kmita
Okolski fol: 403. Woronowicz. De hac stirpe plura Okolski stemma-
te Kmitow ajt: ubi describens Fundatrices LUCÆ
SAPIEHÆ gratias, attingit etiam SAPIEHANUM
Nomen. *Carolus quintus Imperator* (*inquit ille*) *assum-
pserat pro symbolo solem in signo Zodiaci ascendentem, qui dum
in summa altitudine circuli adhuc non reperiebatur subseri-*

psit ei. Nondum in Auge. *Magna equidem res est citô recedere ab errore, nam parvus error est â principio, magnus in fine. Sed major perfectio est promovere virtutem nedum in semetipso sed etiam in alio. Promoverunt Kmitones Fidem & virtutem in se & in alio. Nam inter Moschos & rebelles fidei Cosacos ædificârunt Ecclesias, construxerunt Monasteria Czarnobilensia, fundârunt & innumeros Sacerdotes & Religiosos. Bibliothecas, Lecturas Philosophicas & Theologicas providerunt; sed hoc nondum in Auge. Concesserunt promotionem Monasterij ac perpetuam tutoriam piis & potentibus SAPIEHIS, LEONI Palatino Vilnensi, & Supremo Præfecto Exercituum Magni Ducatûs Litvaniæ, atq; illius Successoribus Legitimis. Iam igitur in auge. Construunt, ædificant, erigunt Ecclesiam ex firmo lapide, adornant eximio Splendore altaria, addunt non minuunt Sacrificia & proventus, ut honos Majestatis Divinæ Sanctificari ubiq; posset in sempiternum. Iam igitur est in auge; sit in Auge Cœlesti Fundatrix nostra Illustrissima Palatinida Smolenscen: LUCÆ SAPIEHA Mariti dignissimi conjunx. Sit in auge perfectionis CASIMIRUS SAPIEHA, Tutor Promotor, Author.* Hæc ille, de Kmitarum & SAPIEHARUM stirpe encomia referens. Lucæ verò SAPIEHÆ & aliorum duorum quartus Frater & Filius Demetrij SAPIEHA fuit Leo Judex Terrestris Grodnensis, qui cum Haraburdzianka Castellanida Minscensi maritales manubias injit, cujus consortis Progenitori in perpetuū bona Swisłocz & Ostrow â Rege data. Haramurdarum stirpē sub stemmate Abdank Legere in Authoribus est, ubi etiam asseritur, quòd per Hara-

burdas Magni Ducatûs Litvaniæ cum Regno plurima Libertatis & Legum deducta sint decreta & privilegia.

JOANNES SAPIEHA Capitaneus Drogicinensis, Filiꝯ FRIDERICI JOANNIS Palatini Podlachiæ. Parens LEONIS Palatini Vilnensis & Supremi Exercituum Ducis.

Nunquam irradians orbi Phœbus æquali resplenduit luce, sed qui meridiantem explevit Majestatem, ad Occasum & mixtum tenebris descendit splendorem, eundem futura die restauraturus in purpureum Orientem, qui demum iterum in meridiem abeat. Hoc commune Astrorum Principi, imò idem & Regnorum Luminaribus non rarò contingit, ut dum Honorum & dignitatum Meridiantem præsentaverint & accenderint Lucem, ad occasûs persæpe descendant declivia, & iterum alternante sorte exoriantur in fastigijs, exdivisa vicissitudine jam in sublime honorum ascendendo, jam ex altiori gradu ad inferioris sortis conclave descendendo. Extra

tra hanc sphæram alternantis Fortunæ, SAPIEHANA Gloria est: in nullo Dynasta suo quid vile aut mediocre repræsentans: *ut quemcumq; requiras hac de stirpe virum certum sit* aut *de Principe nasci*, aut Principem procreare. JOANNES SAPIEHA Capitaneus Drogicinensis Magno Parente Palatino Podlachiæ satus, trium filiorum, & totidem Filiarum Pater; Faber novæ gloriæ extitit, quâ amplè dilatatam & Palæmonio orbi irradiantem spectavit posteritas in ejus progenie. Primus ejus Filius Gregorius Succamerarius Orszanensis. Alter Andreas Minscẽsis, expost Mscislavien. Palatinus, Tertius ille, qui Nominis & heroicarum actionum serie *similis factus est Leoni in operibus* hoc est Leo Palatinꝯ Vilnensis, Supremus Dux *Exercituum* & Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ. E filiabus Fuêre Marianna Ducissa Kurczowa Marescalli S. R. M. & Præfecti Felinensis consors. Altera Theodora Lenkowa, Castellano Derpatensi, Tertia Anna, Frąckievicio Succamerario Polocensi elocata. Hâc excelsa prole enituit JOANNES SAPIEHA Capitaneꝯ Drogicinẽsis; verùmluculentiùs in LEONE Filio ampliavit magnitudinẽ sui nominis, ut profusiori stylo sequentes edicent paginæ. Cumulârunt Superi hanc illi in progenie benedictionem, quorum ille promovit gloriam; cùm Ab-

1. Machab. 3.

ba-

batiam Divi Basilij, in bonis suis Czereja dictis fundâsset, & munificus Erector reditibus ac possessionibus ampliâsset. Addidit etiam proli derivatum ab Excelsis Prædecessoribus sangvinem in illo pulchros igniculos gloriæ, consors ejusdem Theodota Princeps Drucia Sokolinia, è nobilissima ac potentissima descēdens Familia, quam â Monarchis veteribus Russiæ, immediatè verò â Posteris Volodimiri, Monarchæ totius Russiæ originem habere; apud Authores in comperto est. Primo voto hæc præclara consors fuit sociata Duci Łukomlio, ab eoq; non paucorū bonorum hæres facta, eadem SAPIEHANÆ Domui inscriplit

LEO SAPIEHA Palatinus Vilnensis Dux Exercituum & Cancellarius M.D.L. Filius Joannis Capit: Drogicinensis.

Rynocki in Pan:

Absolutissimus hic Heros, non assentatorio sed vera narante stylo, ab Encomiaste dictus. Adolescens prope, Tyrocinia in Curia Stephani Regis posuit, quem persæpe intuitus Rex solebat dicere. *Iste adolescens evadet in Magnum virum in Republica*, neq; â latere suo eundem dimisit. Comitatus siquidem

Łayszcze-wski in Cōcione

dem ad bellum Moscoviticum Stephanum Regem Leo SAPIEHA, Hastatorum cohortem suis impensis duxit. Prælio interfuit miles & Ductor ad Toropecz. Arx hæc & civitas â Wielikije-Łuki octodecim milliaribus distat, ad confinia Litvaniæ, Ducatum Smolenscensem attingens; hæc autem Arx Toropecz cum cæteris sibi adjacentibus, videlicet Drohobus, Bicla & Brenśko, cum bona Severiensis Ducatûs parte, uno tempore per deditionem in Magni Ducis Moschoviæ Ioannis Basilii potestatem devenerunt, sub Alexandro Rege Poloniæ, Magnoq; Duce Litvaniæ. Pari etiā fortitudine adfuit ad Zawolocie & ob militares spiritus Magno Zamoyscio percarus erat. In expugnatione Arcium Ostroviæ & *Plescoviæ ita* se gessit, ut Stephani Regis (peritissimi militum æstimatoris) encomia & Laudes tulerit. Sciverit igitur posteritas quam meritò Suprema Præfectura Exercituum illi expost collata sit; cùm is â prima adolescentia sub tantis Imperatoribus, militiæ cum laude insveverit. Stephanus certè Rex ita ejus militarem animum probavit, ut mox â bello regressus ornârit, renunciando Notarium Magni Ducatûs Litvaniæ, & Pro-Cancellarium ejusdem gentis. Subsecuto scilicet inter Moschum & Stephanum, interventu Summi Pontificis, fœdere; cum Rex hære-

ret

ret in deligendo Legato ad Tyrannũ: LEO ſponte ſe ad periculum obtulit; atq; Legatione ex voto confectâ; milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ creatus eſt. Plurimùm laboravit in norma Judiciis, dictis Tribunalitijs, quæ tunc â Stephano inſtituebantnr rectè ordinandis, præſcribenda, Milleſimo quingenteſimo octogeſimo octavo Legationem obijt â Statibus Magni Ducatûs Litvaniæ ad Sigismundum recenter coronatum, Mox præfuit Commiſſioni Rigenſi cum Severino Bonar Caſtellano Cracovienſi, per quam, cum Magna Regis & Reipublicæ dignitate, turbas compoſuit: Tribunis ſeditionis auctoribus, ſpectante populo rebelli, capita auferri juſſit: Conſulem ac Burgravium *tumultuantis populi* violentiâ ex civitate ejectos, civitati atq; officiis præſtinis reſtituit. Societatem JESU expulſam, reduxit in ſuum Collegium. Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ creatus à Sigiſmundo Tertio, obiit varias Commiſſiones, ad quas operâ *ejus* prudenti ac efficaci libenter Respublica utebatur. Milleſimo quingenteſimo nonageſimo, ad bellica Regis conſilia. Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo ad fines Podlachiæ deſignandos, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto ſimiliter in Podlachiam. Milleſimo

quin-

quingenteſimo nonageſimo octavo difficillimam, ac multis incommodis plenam legationem ad firmandam pacem cum Moſchoviæ Tyranno Boryſſo Oduno. Milleſimo ſexcenteſimo undecimo ad Correctionem *Juris*. Milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio ad ſolvenda ſtipendia Militi Confœderato. Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio ad limites Podlachiæ & Breſtiæ deſignandos. Demum Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto ad Catholicum illud Tribunal deſignatus illi præfuit; in quo ſacrilega Parricidarum Beati Joſaphat debitâ pœnâ plectebatur audacia. Municipium Roxolanæ gentis non inter poſtrema numerandum *Vitebſcum*, caput *inſignis* Palatinatûs ad Dunam *præterlabentem fluvium*, ſitum eſt; Phocianis olim *erroribus* implexum, in illudq; Paſtoricidium efferatum, ut Archi-Antiſtitem ſuum Joſaphat Kuncewicium Parricidali perfidia aggredi non pertimeſceret. Exhorruit ad hoc nefandum ſcelus Chriſtianus orbis & præcipuo dolore tactum Catholicum Sarmatiæ Regnum vindicem parabat dexteram, ſub quam â Divi Staniſlai Cracovienſis temporibus non viſum nefas cederet, quod Anno Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio duodecimâ Novembris cruentum Sangvine Antistitis ſui ſpectavit Vitebſcum. Ergo Proceres Regni & Litvanæ gentis, ac primario

zelo

zelo Sigismundus tertius Catholiciſſimus Rex illum huic negotio meditabantur arbitrum, qui parricidalis perfidiæ vindex intemeratus, temeratam ſanguine dilueret vecordiam. Demolientibus vineam Domini Hæreſum vulpeculis, aliquantum Leo SAPIEHA vulpinatus; ad hæc tempora & externum pilum, & internam eo animo ac zelo mutavit aſtutiam; ut ferventiſſimum Catholicum gerens, fidem Patrum â ſe ipſo aliquando temeratam inſigni fidei ardore reſarciret. Converſi Procerum ad LEONEM SAPIEHA animi ad crudele parricidium vindicandum â Rege ac Republica Delegatũ cupiebant; cujus ferventes poſt ejuratam hæreſim animos benè noverant. Suſcepit ille impoſita ſibi officia libenti animo, & veri Leonis ungves contra Vitebſcenſes lupos exeruit, nec latum unguem â rigore Juſtitiali recedens. Acephalam illam impietatem palam orbi detexit, reſectis Sicariorum capitibus, cunctaq́; Vitebſcenſis Municipij caſſavit, in pœnam, privilegia; ademit exemptiones, abrogavit prærogativas. Vitebſcij, Orſæ, Mohiloviæ, Vilnæ, Schiſmatica occlusit templa. Æſtimavit hunc zelo Catholico plenum animum Patria & ad Cancellarij Officia, Palatini Vilnenſis honorem Leoni addidit; in qua dignitate par prædeceſſori ſuo Carolo Chodkievicio ſucceſſit.

Cle-

Clemens verò Octavus Chriſtiani Imperij Cuſtos, Crucem illi Clementinis exaratam gratijs cum hac Epigraphe ſubmiſit: *Hoc ſigno ſalutis Clemens octavus Pontifex Maximus LEONEM SAPIEHA Supremum Magni Duc: Litva: Cancellariũ poſt ejuratam ab eo hæreſim, ex Urbe ſalutavit; inventam ovem Bonus Paſtor, Chriſti brachiis amplexus.* Quod inſigne Clementinæ gratiæ hucusq́; aſſervatur in Breſtenſi Collegio Societatis JESU â LEONE SAPIEHA Fundato. Idem etiam Supremus Chriſtianitatis Stator, Bellatori Sarmatico Sigiſmundo Tertio ſubmiſſurus triumphale Labarum; Herculeos ejus labores per manus LEONIS SAPIEHA præmiavit; Atq́; Anno milleſimo ſexcenteſimo quarto, *Vexillum* cum Imagine Sancti Caſimiri â ſe *benedictum*, per LEONEM SAPIEHA, qui *hoc ſignum* Triumphale locò Regis Vilnæ circumtulit, eidemq́; Herculi Sarmatiæ tradidit. His gratijs Romani Pontificis auctus LEO SAPIEHA easdem etiam in Lectiſſimam ſuam Conſortem Eliſabetham Radiviliam derivavit. Conſorti ſcilicet Leonis Celſiſſimæ, ê Radiviliorum ſtirpe procedenti, *Roſam Auream* â ſe benedictam miſit Pontifex Maximus, ſcriptis inſuper Literis ponderoſiſſimis, in quibus, æſtimabilior auro Paterna charitas haud levi folio pondus, ac valorem Leoninorum meritorum

ſoli

ſoli publico detexit. Ceſſit hoc metallum florens in Anathema Votivum Pulcherrimæ Virgini in Thaumaturga Icone apud Vilnenſes Clariſſas gratijs plenæ. Tantis igitur Romani ſolij cumulatus benefi-
Labbæ9 cijs *Dedidicit rugire ferox & Amore regente, jam didicit balare* Leo, atq; ad Ovile Domini ferventi regreſſus animo, extra Pythagoricæ Metempſichoſeos figmenta, ex ferociente in Chriſti gregem ad Genevenſis Theologaſtri præſcripta Lupo, in Agnum Ovium Chriſti Comitem efformatus. Tam eximiæ transmutationis occaſio hæc fuerat: Regnante Sigiſmundo Tertio, tanquam Supremus Cancellarius Palæmoniæ gentis, ad Latus Domini Cracoviæ quodam temporum manſerat, Magnusq; Senator Aulam Regiam & Senatum accomoda exceperat humanitate. Protracta hæc humanitatis Officia in ſeram noctem, incommodæ, & diuturnæ ad inſomnem vigiliam potationis cáusâ, indiſpoſitum in craſtinam Lucem effecit animum. Aderat interim ſequenti die frequens turba Heterodoxa ad ſacrarium ſuum pro ſumptione Sacramentalis (ut illi dicunt) panis, ſecumq, LEONEM SAPIEHA ad eandem invitabat Menſam. Nondum benè decoquente heſternos cyathi labores ſtomacho, non eſt ille auſus Sacramentalem adire menſam; longas excuſationis adnectens moras eó, quòd

quòd pleno heſternis liquoribus ventriculo non auderet plenitudinem Myſteriorum è Sacro altari capere. Verùm Audacior Genevenenſi temeritate Miniſtellus, ſcrupulum, ajt inanem hunc eſſe, ubi fides ſola, non jejunium, non ulla præparatio requiritur: Perculſus his dictis Sapiens Dynaſta, dubitatione moveri cæperat de ſecuritate illius fidei, quæ tam temerariè & nimiæ confidentiæ ſuſpecto auſu, cum Deo inter Myſteria Sacra agit. Commoverat Majori tempeſtate hanc fluctuationem Animi ille Dominus qui Cælum tempeſtatesq; ſerenat, & fluctibus exagitat maria Cùm adverteret Cancellarius poſt deguſtatam jam â ſe Cænæ Dominicæ portionem, diſtribuentem Miniſtrum non in unaquaq; porrectione *panis pronuntiare* Verba Domini: *Hoc eſt Corpus Meum.* ſed quòd poſtquam tribus tradidiſſet Sacramentum, porrigens nonniſi quarto hæc Verba Sacroſancta per trinam Communionem protracta finiret. Interrogavit proinde Cancellarius quidnam eſſet Myſterij? quòd non ad ſingulam traditionem hæc verba Domini diceret, altaris Miniſter; cùm interim his conficiatur Sacramentum; addiditq; *Ego jam ſumpſi Sacramentum, & vos nondum finiviſtis verba,* Obmutuit ad hæc Miniſter heterodoxus, & cum nihil reſponſi adferret, aut ſi quod attulit, non ſolvens pru-

prudentem dubietatem; majori ambiguitate mentem Cancellarij innodavit. Qvare ad domeſticos Lares ſe conferens, cùm inſomnem noctem in conſideratione ſalutis ſuæ exegiſſet, procumbens in terram paſſis in Crucem manibus, ſupplici cultu â Deo expoſtulabat, ut gratioſum lumen adferret, quo illuſtratus veram amplecteretur fidem. Nec defuit benigniſſimus Dominus cum ſuis gratijs: cum quibus promptiſſimo beneficio ſtat ad cujuslibet oſtium & pulſat. Cùm enim nondum remota anxietate mentis, invitaret hic veræ fidei Candidatus Patres Societatis JESU, ut cum Calvinianis ſacrificis certamen de fidei documentis inirent, poſtquam convictos miniſtros adverteret, victas manus Sacroſanctæ veritati dedit, eamq; amplexus eſt orthodoxæ rationis mentem, quâ nunquam expoſt dimotus, Leonem ſe pro veritate Catholica exhibuit. Hinc jam zeloſus Catholicus factus, devotione ſingulari, erectione templorum, fundatione Religioſarum familiarum, conceptum in ſe Sanctæ fidei ardorem promovere ac ampliare ſtuduit. Officium Divinum quod Sacerdotibus Catholicis in uſu eſt, nec inter urgentiſſima negotia dimiſit unquam. Si inter publica negotia aliquid temporis ſupereſſet, Officio Beatiſſimæ & Coronæ; Item officio de S. Cruce perſolvendis impen-

pendebat. Quolibet medio noctis ad orationem pervigil protenſis in formam crucis manibus, pronusq; in terra, illa ingeminabat verba, *Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte & Immortalis, Miſerere mei viliſſimi peccatoris*, ſepties has ejaculatorias voces repetens, tãdem eodem ſitu mediam orationis implebat horam, pro exaltatione S. Romanæ Eccleſiæ, pro Hæreſum extirpatione, & potiſſimum pro Conſangvineis Heterodoxa labe infectis, ut aboleretur inuſta perverſæ fidei macula: ac pro Regno ſupplices ad Deũ fundebat preces: prout ipſemet, rubore candens, Bauſcij (ubi militiæ ſuis ſumptibus ſtipendia exolvebat) coram ſuæ conſcientiæ arbitro, caſu quodam profeſſus eſt. Imò Aulici Camerarij & â cubiculo *cuſtodes, id ipſum teſtati*, etiam inter arcanos *lares factas* diſciplinas divulgavêre, quibus affligens veteranos artus, verberabat precib9 tidera, & ſuperos devinciebat: ut planè hic vigilantiſſimus in bonum patriæ *Leo lucem amans & ſomni parciſſimi, oculos habuerit inter dormiendum ſplendentes.* Quanta verò devotione ac ardore, frequentiq; dulcedinis Divinæ deguſtatione Sacro-ſancta Myſteria ſumpſerit, abundè legere eſt in Compendio vitæ, quod ad funerales â fatis vindicias, Eccleſiaſtes Societatis JESU expreſſerat; ubi etiam Fundatrices ejus gratias ac libera- *Staniſlaus Lyſzczewſki in Conſum.*

lem

lem in domos cætuum, Religioſorum manum advertere ac obſervare licebit. Scilicet in ædificia Sacra Liberaliſſimus ac Munificentiſimus Mæcenas; viginti quatuor Templa per Litvaniam ædificavit, dotavitq́; Conventum Bernardinorum, & Carmelitarum in Białynicze. Collegium Societatis JESU Breſtiæ erexit, ac poſſeſſionibus ampliavit. Templum item & Conventum Sanctæ Claræ Monialium Vilnæ fundavit. Baſilicam Sancti Caſimiri Patrum Societatis JESU in ejusdem Metropoleos Vilnenſis Foro ſitam ſuis pecunijs inſigniter juvit, collatis in ſingulos annos millibus aliquot florenorum ad ejus ædificium. Et ut pariter alia attingamus loca, quæ ejus gratijs aut ampliata aut â prima radice Sacras Domos erectas, habent; hæc numeranturVilna, Breſtia, Orſa, Białynicze, Słonimum, Rożana, Koſow, Siemiatycze, Zdzięcioł, Bereza, Zyrowice, Mohilow, quibus in locis, aut â primo fundamento erexit, aut ſumptuoſis gratijs decorem Domûs Dei promovit. Vilnæ Præter enumerata Divorum ædificia, hæc etiam illi in acceptis beneficijs debent. Cathedrale S. Staniſlai Templum. S. Joannis, S. Georgij. Sanctiſſimæ TRINITATIS, & alia in quibus LEONIS SAPIEHA dono jam calices, jam Cruces, jam pretiosa ornamenta Altarium & parietum videre eſt. Breſtiæ

pari-

pariter præter Societatis Baſilicam, Patrum Bernardinorum Parochiale; Religioſorum Divi Auguſtini; Monialium utriusq́; hujus Ordinis Templa; Item xenodochia gratias ſui Mecænatis in largis eleemoſynis Ejusdem hucusq́; ad memoriam poſterorum porrigunt; quos ita liberali diſtribuebat beneficio; ut plus quàm ſeptuaginta millia in quemvis annum Deo offerre ſolitus fuerit. Hæc ſunt in Superos hujus Catholiciſſimi Dynaſtæ merita: nec minora Civilia in Rempublicam erant, quæ Superiores expreſſêre paginæ; Reſtant Caſtrenſia, Militaria, quibus hic celebratiſſimus habebatur Heros. Bello quippe civili (vulgò Rokoſz) quadringentos milites proprijs ſumptibus duxit ad firmandas Regias partes. Bello Smolenſcenſi toti, cum mille Militum Legione ſuis ſtipendijs conducto interfuit: ubi commendato milite ſuo, Alexandro Goſiewſki, ejus induſtriâ; ſuis auſpicijs, Białam hoſti eripuit: conſilia autem Regia ad optimos eventus deduxiſſet, niſi invidia aliquorum Zołkievium ægrè ferentium, optimè deſtinata turbâſſet. Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſeptimo Principem Vladiſlaum ad occupandam ſedem Moſchoviæ uti Electum Carum duxit, ſed, cùm res intricatiores reperiſſet, quàm ſperaretur futurum, ità ſua dexteritate omnia tractavit; ut annorum quatuor-

decim inducię concluderentur: ſecutus in ea re mentem Sigismundi tertij, inſtructione, & privatis literis ſæpiùs inculcatam. Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, â Cancellario Sveciæ interpellatus eſt per Literas 16tâ Februarij datas, de modo pacis inter Poloniam & Sveciam reſtituendæ. Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, Auguſti die 5ta, â Sigismundo tertio Supremus Exercituũ Magni Ducatũs Litvaniæ Dux renunciatus; nihil de Livonia in ſuo officio perdidit; plura, ſub alio perdita, recuperavit. Nam difficillimo tempore (peſtis enim Vilnam, & totam Litvaniam pervaſerat) lectis de ſuo peculio militibus, duodecimâ Octobris ad Curiam Liwen, Sveticas cohortes profligavit, Dineburgum & Critzburgum hoſti eripuit. Vigeſimâ 3tiâ Octobris, ad Awikſztum, Sveticum propugnaculum vi cepit, præſidium delevit; mox rejecta impreſſione Guſtavi Regis Sveciæ, Lutzen, Retzen, Marienhauzen, caſtella cum ſuis latifundijs recepit. Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, per Legatum ſuum Alexandrum Goſiewſki (ipſe enim ad Comitia abierat) Pontum la Garda ad Zelborg profligavit, & ad Garacmoizam Comitem de Turn. Deniq; ita bellum Livonicum adminiſtravit; ut neq; Pruſſiam negligeret, quam Svecus invaſerat: miſſo illuc Tribuno Abra-

hamo-

hamowicz, cum mille Militum manu. Meritò itaq; in Comitijs ejus anni, Reſpublica ſtudium ejus collaudavit, ut videre eſt in Conſtitutionibus; præſertim, quòd interea de ſua pecunia militi ſtipendia numeraret, neq; Rempublicã urgeret ad refuſionẽ accelerandã. Año milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, Januarij 19na, accedente voluntate Regia, inducias quadriennes pepigit, atq; eo fœdere Birże arcem recepit. Occaſione ejus fœderis ita de pace perpetua cum Svecis cæperat agere, per Hornium Campi-ducem Svecorum, & Pontum Generalem Supremum, ut ſe promptos oſtenderent ad reſtitutionem præcipuorum Livoniæ locorum: ſed fœdus in Pruſſia præproperè alijs conditionibus per Polonos concluſum, Leonis conſilia intervertit, ingenti Litvaniæ & Poloniæ damno. Severitate militari in ſontes ante alios Duces celebris, nullo perſonarum delectu. Præfecturas varias adminiſtravit, præcipuè Mohilovienſem, Breſtenſem, Slonimenſem. Qvoad vixit conſtantiſſimè curavit, ut Equeſtris Ordinis ad Comitia Generalia ex Magno Ducat: Litv: Legati, priùs Slonimi de negotijs tractandis convenirent. Tantis geſtis ac encomijs celebratiſſimus LEO SAPIEHA; tandẽ Vilnæ milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo tertio, poſtquàm eodem die, per longam Ora-

tionem Supremo Domino animam ſuam commendâſſet, obijt plenus meritis, & diebus; tumulatus in Templo Sancti Michàélis â ſe erecto, exiguâ pompâ, quam teſtamento omnem interdixerat. Concionatus eſt in ejus funere P. Sebaſtianus Łayſzczewſki, Societ: JESU, Sacræ Regiæ Majeſtatis Concionator, quæ concio eſt typis vulgata. Epitaphium verò lapidario ſtylo ad ædes D. Michâélis Vilnæ tale inaratum legitur. *D. O. M. LEO SAPIEHA Patriæ, Tribuq́; Poloniæ Regibus, Stephano, M. D. L. Notarius, mox Vice-cancellarius; Sigiſmundo Tertio, Cancellarius, paulò pòſt eidem, ac Vladiſlao IV. Palatinus Vilnenſis, ac ſuprem9 belli Dux: Maximis in hoſtes expeditionib9, ad vicinos Legationib9, apud Cives negotijs, conſilio, manu, authoritate Princeps. Iura Magni Ducatûs Litvaniæ neſcias graviùs digeſſerit, an æquiùs ſervaverit? Cùm Guſtavum Adolphum Litvaniæ imminentem ſtitiſſet, Patriam ab hybernis patrij militis ſervâſſet, Pater Patriæ audijt. Aras, Templa, xenodochia, Collegia, Cœnobia, hoc etiam ipſum, in quo umbram ſui ac pulverem depoſuit, extruxit, ornavit. Quod reliqvũ Leonis fuit iſthic capi non potuit. In gratis animis manſit, aut in cælũ abijt. Date cives lachrymas. Septuageſimo ſeptimo ætatis Anno: VIII. Iulij obeuntem, parum vixiſſe, etiam hoſtes luxêre. Quanquã non*

Staro-wolſki in Monum: ſarmat.

non eſt dicendus obijſſe LEO SAPIEHA. Scilicet hic mori nequit, cui vitam perennem, hoſtium peperêre mortes. Immortale puta nomen, quod gloria fatis exemit: ipſa Ducis fama perennis erit. Duæ illi conſortes è celebratiſſimis & opulentiſſimis Familijs lectæ erant. 1ma Dorothea Firleia de Dąbrovica, Andreæ Caſtellani Lublinenſis Filia, Joannis Staniſlai SAPIEHA, Mareſchalli Supremi Magni Ducatûs Litvaniæ, Mater. Altera Eliſabeth Princeps Radivlia Palatinis Vilnenſis, Chriſtophori Notarij & CASIMIRI LEONIS SAPIEHA Pro-cancellarij Magni Ducatûs Litvaniæ Parens. Firlejorum vetuſtiſſima & honoratiſſima Domus, Supremos Duces in Exercitu, primos Conſiliarios in ſenatu, invictos milites in hoſtili congreſſu, Patriæ exhibebat: inſigne Lewart, ſeu Leopardum, aliàs *Walny* familiæ ſuæ præferens. Ex Germania in Poloniam hæc arma â Marchione Vitfrido Borgoſij F. Lanfridi nepote illata ſunt, quem Princeps Poloniæ Caſimirus Juſtus è Colonienſi Provincia ſecum evocaverat Domo, eiq́; præter plures alios honores, ac poſſeſſiones Præfecturam Sandecenſem, Oſwiencimenſem atq́; Severienſem contulit; uti teſtatur Privilegium datum Anno Chriſti milleſimo centeſimo ſexageſimo tertio. Inter Progeniem hujus Marchionis â Dlugoſſio ponitur

Okolſki Orb: rol: tom: 2. fol: 114.

Oſtaſius Dapifer Cracovienſis, qui primus cognominatus eſt Firley. Hic inter poſſeſſiones ſuas extirpatis americis, villam de ſuo nomine appellatam Oſtaſſow in diſtrictu Lublinenſi locavit, cùmq; fungeretur officio Dapiferi Terræ Cracovienſis, quod Germanico vocabulo, Firlegier dicitur; imperitum vulgus corrupto vocabulo Firley appellavit. Erat enim tum in Regia linguæ Germanicæ maximus uſus, ob gentis vicinitatem, & aſſidua inter ſe populorum commercia. Ab eo igitur tempore manavit, ut Marchiones armorum *Lewart*, cum tota ſua Familia Firley in hodiernum diem nuncupentur. Quibus honoribus ac poſſeſionibus hic Oſtaſius, ejusq; progenies ampliata ſit; copioſè legere eſt in Okolſki. Conſors verò LEONIS SAPIEHA de Domo Firlejorum præcelſæ Familiæ nexum in ſe colligans, *quæ* vitæ Sociam egit, etiam poſt fata in eadem Divi Michaëlis Archangeli ad Monaſterium Monialium S. Claræ Baſilica, cum Conjuge ſuo tumulata, Comitem ſe perennem ejusdem, ad Sepulchralem lapidem poſuit: cui hoc inſcriptum Epitaphij dogma cernitur:

Starowolſki in Monu: ſarmat: *Dorotheam Firleiam de Dąbrowica Andreæ Caſtellani Lublinenſis filiam, IOANNIS STANISLAI SAPIEHA Mareſchalli Supremi Magni Ducatûs Litvaniæ Matrem, dum juſto proſequitur LEO SAPIEHA lu-*

Etu

Etu Conjugem; Huic Marmori pulverem reliquit. Anno die 14. *Martii.* Radiviliorum verò Celſiſſimam ſtirpem, quam in ſe altera Leonis Conſors Domui SAPIEHANÆ per affines nexus ſociavit, abundè Hiſtoriographorũ deſcribunt volumina. A Ducibus Litvaniæ hæc originẽ derivans, ad Juliani Dorſprungi initia ſe refert, ſeptemq; è ſuis Prædeceſſoribus Magni Ducatûs Litvaniæ numeravit Duces. Poſt devolutos ſcilicet ad gentem Dorſprungi Palæmonios faſces, Zivibundus primus Dorſprungiades Litvaniam & Samogitiam rexit, poſt hunc Kukowoytis, tandem Utenes, demum Swintorogus, Giliginus, Romundus, Narimundus, omnes Duces Litvaniæ, Dorſprungiadæ, â quibus rectam ſuam lineam deduxit *Oſtyk*, & ab hoc Celſiſſima Radiviliorum Familia. Supervacaneum hîc eſt recenſere hujus Domûs Celſitudinem, cujus præcelſum nomen Palæmonio Orbi, & integræ Europæ notum eſt. Fuit hæc Radivilia è Chriſtophoro Palatino Vilnenſi, & Supremo Duce Exercituum, Duce in Birże & Dubinki, quem Stryikowſki Pro-Cancellarium, & Campi-Ducem Magni Ducatûs Litvaniæ vocat, & è Matre Tęczynia Palatinida Cracovienſi, prognata. Quatuor enim hic Chriſtophorus Radziwił aſſociaverat ſibi in conjugale fœdus conſortes. Annam Staniſlai Sobek

Stryikowſki in Præfat: L. 3.

Fili-

Filiam, ex qua Nicolaum & Barbaram in juventute decedentes; Catharinam Oſtrogiam, ex qva Januſſium Caſtellanum Vilnenſem; Tęczyniam, ex qva Eliſabetham hanc LEONIS SAPIEHA Conjugem, & Chriſtophorum Palatinum Vilnenſem: ac quartam Eliſabeth Oſtrogiam Catharinæ germanam, ex qua nullam ſuſceperat Prolem. Eliſabeth verò Radivilia Leonis conſors, præter Chriſtophorum Notarium & Caſimirum Leonem Fro-Cancellarium Magni Ducatûs Litvaniæ filios, filiam etiam protulit Annam, Alberto Vladiſlao Radivilio Duci in Nieſwież, Caſtellano Vilnenſi elocatam. Ipſa demum lectiſſima è ſuo genere, honoratiſſima titulis, chariſſima Conjugi, ſepulchro ad ædes Divi Michâélis Monialium S. Claræ Vilnæ illata eſt; Ubi tales inarati ſpectantur Characteres: *Eliſabethæ Radiviliæ Chriſtophori Radivilij in Birze Ducis, Palatini Vilnenſis, Supremi exercituum Magni Ducatûs Litv: Præfecti; & Catharinæ Comitis in Tęczyn, Palatini Cracovienſis filiam, dum ſibi LEO SAPIEHA Chariſſimam conjugem, & immaturæ proli ereptam Matrem luget, hoc ſaxo exuvias condidit. Anno Domini* 1611. *Menſe Octobri Feſto S. Lucæ.*

Starowolſki in Monum: Jarmat:

JOAN-

JOANNES STANISLAUS SAPIEHA, Supremus Mareſchallus Magni Ducatûs Litv: dictus, *Avreum Os Sarmatiæ,* Filius Leonis Palatini Vilnenſis.

Magni Genitoris imago Joannes Staniſlaus SAPIEHA gratiam patriæ, non ethymo nominis, ſed variis exactis in ejus commodum laboribus; non ſemel attulit; primùm Curiæ deinde ſupremus Magni Ducatûs Litvaniæ Mareſchallus creatus. Quantæ exiſtimationis *hic Senator, in, & extra Patriam* fuerit; præclaræ *Legationes in* gravibus negotiis ad Invi*ctiſſimum Europæ* Monarcham per illum expeditæ id abundè demonſtrant. Ille ſiquidem â Sigismundo tertio ejus nominis, Poloniarum Rege, ad Ferdinandum ſecundum Imperatorem cum poteſtate Legati Orator, ea authoritate, eloquentiæ pondere, hunc honorem obiit; ut Florentino & Hiſpaniarum Legatis, *Os Sarmatiæ* (ut olim Athenienſibus Demoſthenes *Os Græciæ*) diceretur. Aſſvevit â teneris ad hanc dicendi peritiam: nullus enim hiſtoricus, nullus Politicus facilè reperiri poterat, quem ille non evol-

veret: nulla lingva in Europa notari videbatur, quam ille non addiſceret: Magnum in ſe Academiæ Vilnenſi ſolatium & decus adferens; in qua initia Eruditionis ſuæ, & Virtutum, quibus inſignis ſpectabatur, poſuit. Honorem Principis Imperii in altera Legatione â Cæſare noluit recipere, contentus Eqvitis Poloni prærogativis, de quo Hartknoch. *Et cùm tempore Vladiſlai 4ti Regis Poloniæ Imperator Germanorum Ioanni Staniſlao SAPIEHÆ Supremo M. D. L. Mareſchallo, ſuiq; Regij ad Imperatorem Legato, titulum Principis Sacri Romani Imperii obtuliſſet; recuſavit eum modeſtè; ſub ſuo nomine ſe omnes ſibi convenientes Titulos Viennam ſecum invexiſſe cauſatus.* Aurea Clave à Cæſare honoratus, prout Woyſznarowicz tali encomio expreſſit: *Principis Imperii titulos, ſed clave retenta, ſprevit; Majores aurea lingva dedit.* In gemina Legatione ad Auguſtiſſimum Imperatorem quantum Familiæ ſuæ honorem attulit, ex eo patet; quòd Auguſta Majeſtas, Illius in rebus Politicis peritiam, in dicendo facundiam appretiaverit, frequenter colloquia cum illo inſtituens, Principumq; honore dignum æſtimans, niſi Titulorum contemptor Staniſlaus, illos recuſâſſet, ſatis habens è Principum ſtirpe procedere, & factis, non inanibus titulis, Principem ſe toti Europæ apud ſupremum Europæ Monarcham exhibere. Hæc extra patrios Limites in Staniſlao SAPIEHA Obſervata; quæ verò in commodum & obſequium Patriæ, ejuſdemq; civium, intra domeſticos ſinus, ab illo ſint geſta, luculenter in funebri Concione à celeberrimo encomiaſte, & ab Urbano Octavo Pontifice Maximo, Laureati vatis referente Titulos Matthia Sarbieviki Societatis JESU habitâ, legere eſt. Aliquoties repetitis vicibus Supremus Arbiter Regio Tribunali præfuit: quantâ Nobilitatis, præcipuè egentioris, imò & Procerum contentatione hoc munus adimplevit, perquàm gratum, & profuſiori ſtylo expreſſum in eadem parentali dictione ſpectare eſt; deq; illius ſcipione dictum, quod de Moyſis Rupertus pronunciavit. *Firma debilitavit, & debilia firmavit. Petram fregit, & fidem in ſuis ſtabilivit. Fidemné tantùm? imò & ruentem in Eremo Eccleſiam.* Cui nonnihil immutatus titulus hic eſt appoſitus â Sarbievio: *Iuſtitiam firmavit. Iuſtitiamné tantùm? imò & inclinatam in Iudiciis Rempublicam.* Illius erat ſinceritatis hic Senator, ut de ſe ingenuè fateretur freqventer: *Malo eſſe Veronenſis, quàm Placentinus.* Eâ enim verborum vi, ac pondere, eo profuſioris Rhetoricæ apparatu; ſi quando Reipublicæ ſana inſtillanda conſilia erant, perorabat; ut ſingulis veritatem inculcaret, omnium demulceret animos. Quòdſi aliquando pro fide & Religione dicendum erat, jam hic, omnem verborum innectebat no-

Hartknoch in Reb: Pol: fol: 608.

Sarbiev: in Conſum:

nodum, argumentorum nervoſos colligebat nexus, rotunditatem, affabilitatem ſermonis ſociabat, eâq; eloquentiâ pro Catholica Religione Orator loquebatur; quam Tullius pro Domo ſua potenti incluſit argumento. Militaria verò in Patriam hæc ejus erant merita. Bello Moſchovitico Legionem integram ſub Sigismundo Tertio, propriis auſpiciis duxit. Ad Valachicam bello Turcico expeditionem, Carolo Chodkievicio centum pedites, & centuriam Velitum miſit, ipſe cum centuria Haſtatorum Regem Sigismundum comitatus. Altero bello Moſchovitico ſub Vladiſlao Poloniarum Rege, cum ſeptingentis militibus ſuis invigilavit circa Drujam, ne Moſchus ab ea parte aliquid attentaret. Bello Livonico ſub Sigismundo Tertio militavit auſpiciis Parentis. *Et quia non ſub certis militat fortuna ſignis; non ſemper ad claſſicum auſcultat:* Fortè vices abſentis Progenitoris ſui nactus; Anno Domini Millelimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto, in Decembri â Guſtavo Rege Sveciæ fuſus eſt. Incerta ſcilicet belli alea, quæ ſemel Victorem expoſuit, victum alio progreſſu exhibet, ut ſciant Bellatores animi, & triumphatorem dextrè vibrare gladium, & victas inſuper ad reaſſumenda trophæa porrigere manus. Honores autē Dynaſtæ hujus fuêre ſequentes. Redux ab exoticis

Re-

Regionibus, unde intaminatum vitæ retulit nitorem; ad latus Sigismundi Tertii ab intimis cubiculis Camerarius adfuit, ubi comitate, temperie morum, vigili ad nutum Monarchæ obſervantia, in tantum placuit ut brevi expoſt Præfectus Dapiferorum, tum Mareſchallus Curiæ, demum Mareſchallus Supremus Magni Ducatûs Litvaniæ creatus fuerit; Præfecturam inſuper Slonimenſem collatam ſibi habuit. In Deum ac ſalutem propriam quanta Religio Ei fuerit, jam in prima ætate id patenter exhibebat illud diluculum, quod Virtutum ſerenabatur ſplendoribus. Scilicet Palæſtrita Junior illis perfrequens aſſociabat ſe Cōmilitonibus, qui pro Chriſti cultu non erubeſcunt Flagellantes agere, craſſos induti ſaccos; *pulchrumq;* exiſtimabat Senatorii nominis purpurā ſanguineo velare per ſagella murice, Splendoresq; ſuos inculto obumbrare telæ ſipario. Maturior ætate, & Virtutibus, erexit Baſilicam Slonimi è muro ſolido; multis expenſis ad pulchram formam eam amplians. Religioſis Minorum de Obſervantia, in eadem urbe notabilem pecuniæ portionem, ad promovendam Baſilicæ ſtructuram, & alendam inibi Religioſam familiam addidit: Hoc in progreſſu vitæ â ſeipſo exigens, ut pullulantia in juventute Virtutum ſemina, per liberalem, in Divorum Domos & fa-

mi-

milias munificentiam excreſcere, & in uberem meſſem ampliari faceret. Demum ad ultimos vitæ terminos conſtitutus, dum fortè aut Numinis interiori impulſu, aut naturæ excitaretur præſagio, Zurowicijs maturè ſe ad mortis diſponens pericula, Exomologeſim Sacrã contrito corde, & Seriâ diſcuſſione vitæ peregit, Sanctiſſimoq; Corpore quintâ feriâ Majoris Hebdomadæ, ſumpto; in cõſideratione paſſionis Dominicæ, vitã alterã inivit. Tantum eſt probitate vitam primam exornare, ulteriorem Virtutibus ampliare; ut finis pariter probus pulchros vitæ progreſſus claudat. Meritis in vitæ decurſu, ejusdemq; termino, clarus hic Supremus Regum Anteambulo, tale monumentum poſt fata refert, quod in ædibus Divo Michàéli Archangelo Sacris, Monialium Clariſſarum Vilnæ, poſthumæ ætati porrigitur. *IOANNES STANISLAVS SAPIEHA Leone tunc Cancellario; & Dorotheâ Firleiâ Caſtellani Lublinenſis Filiâ, Parentibus: Subdapifer primò Magni Ducatûs Litvaniæ. Mox (ubi nobiliſſimis per Europam luſtrationibus, clariſſimisq; apud Ferdinandum II. Legationibus exercitam juventam, Patriæ etiam lucere oportuit) Mareſchallus Curiæ â Sigismundo III. factus; plus iſti Magiſtratui adjecit lucis, quàm tulisſe videretur. Inde ampliori Virtutum, ſapientiæ, & Senatoriæ dignitatis paſſu profectus; Iudiciorum Generalium Magni Ducatûs Litvaniæ directionibus tam integrè præfuit, ut ipſa probitas & facundia apud ſe eniti in juſtitiæ gloriam crederetur. Ergò ſupremus Magni Ducatûs Litvaniæ Mareſchallus ab eodem Principe creatus, in reliqua ſuæ ætatis ſerie, Templorum curæ, in Religiones, & adverſa oppreſſos ſorte, Liberalitati intentus: tantum inde nominis tulit, quantum gloriæ paraverat; cùm tam ſumma in Senatu Iudiciiſq; Eloqventia, dicendi Libertate ac integritate apud Omnes in Republica, quam pulcherrimis multarum expeditionum obſequiis, in Maximas ſpes ex longiori vita ſua retuliſſet, in illa omnium expectatione, mortalitati ceſſit. ætatis ſuæ XLVI. Anno Domini MDCXXXV. X. Aprilis. A Caſimiro Leone SAPIEHA Mareſchalco Curiæ M. D. L mæſtiſſimo Fratre, Majorũ tumulo illatis cineribus, unâ cum conſorte ſua Annâ Scholaſticâ, Ioannis Caroli Chodkiewicii Palatini Vilnenſis, & SOPHIÆ à Mielec filiâ, hoc marmore tegitur.* Præter expreſſam in ſepulchrali lapide conſortem Chodkiewiciam, alteram Griſeldam Wodynſciam Palatini Podlachiæ, & Sobieſciæ Palatinidis Lublinenſis filiam habuit; cujus dotes, virtutes, generis nobilitatem, ac præcipuè Sanctæ mortis encomia, quam illa eo obijt apparatu, ut vix Optimi Religioſi pari reſignatione, promptitudine, ac

Starowolſki in Monum: Sarmat:

præ-

præparatione mortem obeant (multis describit Jacobus Olszewski Societatis JESU Sacræ Theologiæ Doctor, ac pro eo tempore Pro-Cancellarius Academiæ Vilnensis, simulq; ad Ædes Divi Joannis Ecclesiastes, in Concione parentali, ad quam, volentem lectorem addiscere, quomodo Sanctè vivere & mori debeat; ut ex hac virtuosissima consorte Joannis Stanislai SAPIEHA, percipiat, remitto.

CHRISTOPHORUS SAPIEHA Notarius M. D. L. Filius Leonis Palatini Vilnensis.

Fortes creantur fortibus & bonis. Scilicet *Parentum virtus est stimulus filiorum, cùm paterna prolem fortiùs alliciat, urgeatq; Virtus.* Optimo Parente LEONE SAPIEHA satus, optimam indolem ad primam ætatem prætulit: adæquaretq; præcelsum Progenitorem meritis CHRISTOPHORUS SAPIEHA; nisi invida fata stamen vitæ ad initia inchoati Licij abrupissent. *Non diu,* interim *sed satis vixit,* non Nestor, sed Alexander ætate, qui de se dicere solitus: *Vixi satis, quia non numero annos sed triumphos, metior me non ætate sed perennitate.* Spectatâ inter honores, ac Eruditionis Majestatem CHRISTO-

Bernardus ad Theobald:

PHO-

PHORI SAPIEHA dignitate, illud quoq; Clarevallensis Doctoris proferendũ effatũ est: *Multos videas juvenum super senes intendere moribꝰ, antiquorum tempora meritis prævenire, & quod ætati deest; virtutibus compensare.* Primùm ille Præfectus Dapiferorum, deinde Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ, Capitaneus Marcovienſis, Zdzitovienſis. Annorum undecim puer Livij Historiam in Polonum idioma transtulit. Lovanij, discipulus Puteani, absq; Præside conclusiones Politicas publicè defendit. Ipse Puteanus Magister; (quod olim Philippus ad Alexandrum protulit: *Aliud tibi fili quære Regnum, Macedonia te non capit*) ad illum conversus dixit: *Aliam tibi quære Palæstram, hæc mea te non capit.* Et quod Henricus Tertius Galliarum Monarcha Filio ad Heroica facta promptissimo inculcabat dicens: *Canta fili, canta; sed cum claudis, non cum luscinijs,* id est, ver integrum ætatis cum alaudis, non partem exiguam, cum Luscinijs impleas: id Christophoro SAPIEHA meritò insinuandũ fuerat, qui varias orbis Academias, Eruditione, & promptitudine sua ad scientias, in admirationem adducens, postquam Collegium Monachiense, Academiam Ingolstadiensem, Germaniam Inferiorem, Lovanium, & domesticam Vilnensem Academiam, suâ scientiâ insignis Palestri-

Curtius

Olszewski in Conc: Christoph: Sap:

ta adornâſſet; breve hoc ſidus, exiguum vitæ decurrens Zodiacum, explevit tempora multa. Poſt Literas ac eruditionem, rerum militarium ſtudioſiſſimus erat. Quare cùm cæteras peragraret regiones; ita iter diſponi curavit ſuum; ut viſitaret caſtra Spinolæ ad Bredam, & Zamlad, Caſtra Henrici Comitis Bergii ad Grolam & Ruroburgum, Caſtra Conſalvi de Corduba ad Caſatiam, Emanuelis Ducis Sabaudiæ ad Trynam. In patria ſub ſignis bellicoſiſſimi Parentis ſui eosdem gerebat animos, eamq́; præferebat promptitudinem; ut à primis congreſſibus, inter conflictuum negotia, paterno detineri debuerit nutu & amore. Hanc illi intrepidam in bella mentem ſecuritas conſcientiæ, & nitor illius indidit, quibus ita enituit, ut illibatum Caſtimoniæ florem tumulo intulerit, atteſtante poſt fata ejus conſcientiæ Arbitro. Ætatis annum vigeſimum 4tū attingens, metam vitæ ſuæ attigit, non ignarus interim, (ut arbitrari licet) termini ſui, cùm non raro Commilitonibus, Ephebisq́; ſuis id enarrâſſet, quòd Vigeſimus quartus annus ultimam illi periodum vitæ poſiturus ſit, ad quam expeditâ mente ſe accingens, ſolebat dicere: *Idem mihi cras, ac poſt ſexaginta annos mori; mortem non timeo, quam expecto, confidens in Deo, quòd me paratum inveniet.* Implevitq́; hæc

Olſzewſki in Conc: fun: ejus dem.

pro-

poſita ſua. Morbo enim lethali tactus, ſuæ conſcientiæ conſveto Arbitro Societatis JESU Sacerdoti, genibus flexis, cum magna devotione, cordis aperiens ſinus, Exomologeſim ſacram perſolvit, Divinoq́; Corpore refectus, dum inter pia colloquia, cogitationem æternitatis beatæ, ac oſcula Lipſanorum Sanctorum, expectat vitæ terminum; illi proximus iterata abſolutione à peccatis acceptâ, applicatamq́; ſibi Indulgentiam ſuſcipiens, inter actus Theologicarum Virtutum, ad illa verba *Occurrite Angeli*; quæ Commendatio Litaniarum in mortis articulo annexa eſt ſyllabo; poſtquam Crucis ſignum efformâſſet, immaculatum ſpiritum (ut ait idem parentalis Vitæ ejus Deſcriptor Olſzewſki) Deo reddidit. *Non alia ſcilicet menſura eſt bonæ vitæ, niſi mors optima: ſequuntur probitatem vitæ, paria fatorum negotia:* ut in Chriſtophoro SAPIEHA obſervare licet, qui probitatis, Eruditionis, & rei militaris prototypon eximium in ſe exhibens; quali virtutum decore vivens reſplenduit; talem moriens in ſe præſentavit, ad normam & exemplar Senatorio genere inſignitorū Procerum, ut diſcant etiam in ſua ſublimitate, celſitudinem Virtutum erigere; Magnumq́; Nomen, majori attollere Catholicæ probitatis excellentiâ, ſi præclaras mortis vices obire velint, Severumq́; Divino-

rum

rum Judiciorum diem imperterrito ſubire animo. Ad nuntium de morte Chriſtophori SAPIEHA Prin-
Kojał: in num: ss: ceps Vladiſlaus fertur dixiſſe: *Amiſit Aula Sereniſſimi Parentis Noſtri ſplendorem Palatii*, imò totius Sarmatiæ obſcuratus eſt fulgor, mutatuscolor optimus, cùm hic flos Virtutibus cinctus concidiſſet. Inter Monumenta Sarmatarum tale illi ad ædes Divo Michàéli Sacras in Urbe Vilnenſi, inaratum ob-
Starovolſki in monum: ſarmat: ſervatur encomiũ. *Scribat Heredem ſibi quisq; famam. CHRISTOPHORVS SAPIEHA, LEONE SAPIEHA Palatino Vilnenſi, Supremo Magni Ducatûs Litvaniæ Duce, Eliſabeth Radiviliâ in Birże & Dubinki Duciſſâ. Idem vitæ & Virtutis initium habuit. Summis Magiſtris traditus, ab ingenio, moribus, Eloquentiâ, Princeps Iuventutis audiit. Caſtris quinq; Imperatorum, Aulis Europæ Principum aſſvetus; ubiq; & ſpectator & ſpectaculum. Sigiſmundo tertio Poloniæ, Sveciæq; Regi carus. Præfectus Dapiferorum, poſt Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ cùm ſtudio Principis, Amore Procerum, votis omnium, judicio, prudentiâ, Induſtria, ante ætatem vir, in ſuam & Patriæ lucem oreretur: Heu præpoſtero curſu, publicæ ſpei Aurora, in omnium lachrymis occidit. Anno Domini MDCXXXI. ætatis XXIV.*

CASI-

CASIMIRUS LEO SAPIEHA Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, Filius LEONIS Palatini Vilnenſis.

Nunquom LEONES parturit Lepus. Par eſt miraculo, ignavi parentis ſtrenua proles. Ita Caſimirum hunc Leonem, non alter procreare niſi Leo, nec in commoda patriæ pervigilem Dynaſtam, niſi vigilantiſſimus in bonum Reipublicæ Progenitor proferre poterat. Et licet *parvorum facularum eſt, citò ac perperàm extingui, & damno irreparabili totum amittere lumen: Principes planetarum ſoles, occidere & redire ſolent, atq; ita occumbunt uni; ut alteri orbi luceant ſereniùs.* Hoc tamen etiam majoris magnitudinis ſideribus evenire indubitatum eſt; ut ſuas patiantur eclypſes, eam demum, poſt Judiciorum Divinorum ſcrutinia, quæ in valle Joſaphat agitabunt orbem Univerſum; ingreſſuri noctem, cui nullum inſerviet lumen, cùm *ſol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum.* Magna ſidera illuxerunt Palæmonio orbi, dum in Leone SAPIEHA Palatino Vilnenſi, velut ardentiſſima, in hoc ſigno, Filiorum phænomena, ſublimi honorum auge recreârunt Pa-

 triam

triam: verùm primæ magnitudinis hæc Luminaria, ingreſſa noctem, lucere, non citra magnum Palæmoniæ Reipublicæ incommodum deſierunt. Scilicet Leo SAPIEHA Palatinus Vilnenſis tres præclariſſimos Filios, eosq́; Magnos Heròés, Joannem Staniſlaum Supremum Mareſchallum, Chriſtophorum Notarium, Caſimirum Leonem Pro-Cancellarium Magni Ducatûs Litvaniæ, Equitem albæ aquilæ, habens, ſuos Heroos animos Patriæ commodâſſe ſolùm viſus eſt; qui feraciſſimam Martiarum Laurearum proferendo Prolem, ſterilem illam abſq́; progenie reliquit. Hic quippe Caſimirus Leo SAPIEHA, ût ejus Fratres absq́; prole deceſſêre, Lineâq́; rectâ procedens à Leone SAPIEHA Palatino Vilnenſi in Filiis ejus deſiit. Hinc eſt, quòd hic Caſimirus Pro-Cancellarius in Hæredem opulentiſſimi patrimonii ſui aſſumens Caſimirum SAPIEHAM Palatinum Vilnenſem in recta Linea à Theodato SAPIEHA Palatino Smoleſcenſium, deſcendentem, uti nomina ſui in Baptiſmo; ita & ampliſſimas ditiones eidem ex aſſe tranſcripſit. Hic, Anno milleſimo ſexcenteſimo nono, decimâ 4ta Julii, Vilnæ de Leone SAPIEHA protunc Cancellario, expòſt Palatino Vilnenſi, & Supremo Exercituum Magni Ducatûs Litvaniæ Duce, ac Eliſabethâ Principe Radivi-

liâ

liâ natus, per manus Sereniſſimi Vladiſlai Principis, ac 4ti ejus nominis poſtea Poloniarum Regis, necnon Sereniſſimæ Conſtantiæ Reginæ de Sacro fonte levatus, Liliati Divi Caſimiri obtinuit nomina, *ejusdemq́;* in annis juvenilibus Liliatam virtutem ſectatus; etiam Leonis altera nomina adjuncta tulit. Decimo ſexto ætatis anno, Peregrinationis Chriſtophori Fratris ad exteros ſocius, & Virtutum æmulus, ſub inclytis Magiſtris, Puteano & Vernuleo, juventutem excoluit; oculos ac animos Monscharum Europæ; Urbani Octavi Supremi Eccleſiæ Statoris, Ferdinandi ſecundi Romani Imperatoris, Ludovici decimi tertii Galliarum Regis, Principum Sacri Romani Imperii Electorum, Ducis Magni Hetruriæ, *Spinolæ & Mauritii* Bellicoſiſſimorum Ducum, *in* ſe convertit; quorum Caſtris ſpectator aderat. Redux in Patriam, cùm in exteris *non evacuáſſet, quæ erant parvuli*; inſignis, Scientiâ, peritiâ Linguarum, quarum ſex addidicit; Majeſtati Polonæ ſummopere placuit, & à Sigismundo tertio Poloniarum Monarcha, Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ creatus eſt, ſtatimq; deputatus ad reviſionem Archivi Reipublicæ. Poſt bellum Moſchoviticum à Vladiſlao Victore, & Republica, obiit Legationem in Moſchoviam apparatu magnificentiſſimo. Ubi re-

bus

bus ex voto, & dignitate Reipublicæ, confectis, Mareſchallus Curiæ, demum Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ renuntiatus eſt, à Remuneratore meritorum ſuorum Vladiſlao Rege. Habuit hunc Auguſtum Hoſpitem, quodam temporum, Rożanæ, in arce ſua, cum Sereniſſima pariter Conſorte; tantosq́; hoſpites, eâ humanitate, *Princeps & ipſe Dives excepit* gaudens, quæ SAPIEHANÆ agnata eſt munificentiæ, ſimulq́; plus, quàm centena millia, in Aulam Regiam, nullum abſq́; dono dimittens, elargitus eſt Pulchrum hîc eſt enarrare Locupletiſſimi Dynaſtæ hujus humanitatem, & hoſpitantis Monarchæ faceciam, quam ille in abitu ſuo, poſt hoſpitalitatis dies, addictiſſimus Leoni Pro-Cancellario, exercuerat. Integrâ ſeptimanâ Lautiſſimè & magnificentiſſimè exceptus, cum integra Aula ſua, hic Hoſpes, arbitrans jam penuariam rem Pro-Cancellario deeſſe, dixit: *Conſumpſimus Pro-Cancellarium, tempus eſt abeundi.* Auditâ hâc Vladiſlai Regis jocosâ urbanitate Pro-Cancellarius, faventiſſimum ſibi expetiit Dominum; ut poſtquam *dignatus* eſſet Domum ejus, Palatia, Horti delicias, aliaq́; recreantia oculum luſtrare; non gravaretur tanta Majeſtas etiam in Penuarium, & Cellarii locum, deſcendere, gratiasq́; ſuas hoc deſcenſu coronare. Fecit gratio-

ſiſſi-

ſiſſimus id facilè Princeps: dumq́; ſpectâſſet copioſum in victualia penu, Cellaria non defectuoſa, rem Culinariã ad omnes hoſpitalitatis modos præparatam, ſubjunxit demum: *Nos Pro-Cancellarium nec per integrum annum conſumemus.* Tantum fuit Opulentiſſimo huic Dynaſtæ Regem intra ſuos ſuſcipere Lares; ut par tanto Hoſpiti non deeſſet humanitas, & humanitati reſpondens proventuum facultas. Inter has etiam facultatum copias; copioſa illi inſuper erat in amænos jocos & gratam affabilitatem jucunditas. Venerat in Provinciam Poloniæ & Litvaniæ, Pater Fabritius Bamfus Societatis JESU, ſub tempus Caſimiri Leonis SAPIEHA Pro-Cancellarii Magni Ducatûs *Litvaniæ* ad annum milleſimum ſexcenteſimum quadrageſimum ſecundum, Provinciæ præfatæ, Domiciliorumq́; Patrum Societatis JESU Viſitator Româ deſignatus. Hic Romanus Hoſpes volens Magno Miniſtro & Pro-Cancellario deferre veneratioñis obſequia, expetiit; ut tempus dieſq́; honori præſtando deſignaretur. Comitatis, Humanitatis, & ſimul Authoritatis præcelſæ Senator, Pro-Cancellarius SAPIEHA, deſignatâ die & horâ ad Viſitationis honorem; per anti-Cameras Palatii diſpoſuit numeroſſimam, quam habuit, Aſſiſtentiam Aulicam, ſimulq́; in quolibet conclavi ordinavit;

ut unus illorum Majeſtuoſior ſtaturâ, & cultu veſtium elegantior, fingeret repreſentaretq́; Dominum & Pro-Cancellarium. Ad deſtinatam horam veniens Hoſpes Romanus, dum primum conclave ſubintrat, Arbitrans in primo limine inveniſſe Dominum; Venerationis inchoat cæremoniam; verùm abrumpit ſermonem, ſimulans perſonam Domini Aulicus, dicitq́; ſe famulũ Illuſtriſſimi Pro-Cancellarii, non verò Pro-Cancellarium eſſe, alterum Hoſpiti venienti deſignans conclave, ad quod in venerationem Illuſtriſſimi Domini ſui procedat. Ingreditur ſecundum conclave Pater Fabritius Bamfus; dumq́; copioſiorem Aulicorum videt numerum, præcellentioremq́; unum, in medio ſtare; jam hunc eſſe Pro-Cancellarium ſibi deputans, dum pariter venerationis ſtylum inchoat; in hoc altero conclavi, par priori Aulico reſponſum accipit, ad interiorem Palatii invitatus Cameram. Deductus per aliquot penetralia hâc ſcenicâ ſimulatione Hoſpes, dũ ultimum conclave attingit; non agnoſcens Pro-Cancellarium, (ille enim licet ditiſſimus, & potens Dynaſta, corpore interim non adeò decorus fuerat, unde etiam patrio vocabulo *Baba* dicebatur) hæret, cuinam homagium Honoris deferre debeat? tum informatus ab aſſiſtentibus Aulicis, inchoatam in aliis conclavibus, in hoc ulti-

ultimo iterum reſumpſit & finivit Orationem. Suſceptum hâc comi & jucundâ deceptione Patrem Fabritium Bamfum, Illuſtriſſimus Pro-Cancellarius cordi exin illum habuit, ita; ut perfrequentem eundem in ſuo Palatio Hoſpitem, & in ſuper Comitem in via eſſe voluerit, cum quo gratioſè jucundabatur, & Societatem Palæmoniam, cujus hic Hoſpes, Viſitator erat, benefico proſequebatur affectu. Erga Cæteros pari etiam Comitate hic Magnus Dynaſta inter Officii ſui honores excellens, *Cor populi* univerſim dicebatur, & novis gratiis beneficia ſua adornans, Liberaliſſimus in Aras, & Baſilicas Sacras, ac Eruditorum Collegia, gratioſè cor & ærarium ſuum effudit. In *Academia Vilnenſi* Societatis JESU, Juris *Canonici & Civilis* diſciplinam fundavit, bonaq́; hereditaria Domûs ſuæ Poczajewicze dicta, cum attinentiis, Academico Vilnenſi Collegio, Juribus ſolidis munita tradidit, perpetuâq́; inſcripſit gratiâ. Et licet villa una, ex attinentiis Poczajevienſibus, *Łuſzki* dicta, ſub litem nunc cadat, cum prætenſione bonorum Eccleſiaſticorum; verùm ſi nulla (quæ tamen ſunt ad manum) Academico Vilnenſi Collegio pro hâc villâ tanquam hereditariâ SAPIEHARUM, ſuppeterent jura ac documenta; hoc abundans eſſet argumentum, quòd ditiſſimus ex ſuis bonis Caſimirus

Lco SAPIEHA, ex alienis noluit esse Liberalis. Ex quibus, præter hoc Juris Professorum Collegium, Brestiæ Basilicam è muro solido ad ædes Patrum Societatis JESU posuit, ad eamq; in perfectionem, deducendam, liberalem pecuniam in paratis destinavit. Słonimi magnificum pariter Templum Canonicis Lateranensibus Divi Augustini extruxit. Quantam verò majestatem Basilicæ & Domûs Religiosæ ad Berezensem Carthusiam Fundator ejus Loci erexit? ipsi clamant Lapides, ipseq; candor Carthusianæ Laciniæ denotat, quàm nitido splendore, & gratioso cultu, solitariam Carthusiam cælestibusq; intentam decoribus, adornarit. Sapieżyni, seu Drujæ, Idem ipse munificentissimus Mecænas, Religiosis Divi Franciscí de Observantia, Ecclesiam é muro fundavit. Novogrodeci Domum Bonorum Fratrum; Siematiciis Officii Beatissimæ devotionem,(Cursivam vocant) Zdzięćielii eundem Beatissimæ cultum, & Basilicam è muro à fundamentis ampliavit. Cimkoviciis, in Horki, in Czereja, Biesienkoviciis Templa; Ecclesias Græco-Uniti Ritûs propè Viginti, hic Zelator Unionis ædificavit, ac gratiis suis adornavit. Non prætereunda hìc etiam gratia, quam luculentissimam Academico Collegio Vilnensi Societatis JESU, iterato favore præstitit. Præter enim tradita bona sua he-

redi-

reditaria Poczajewicze in Fundationem Professorum Juris Utriusq;: Magnificam à pretio, numerosam à copia, raram ab Authoribus Bibliothecam, eidem Societatis,& Juventutis Studiosæ Seminario,donavit. Revolvimus toties gratâ mente hanc gratiosissimam Mecænatis munificentiam, quoties volumina Bibliothecæ nobis traditæ, evolvimus: nec satìs appretiandam hanc perenni gratitudine æstimamus gratiam, quæ inæstimabilem nobis Thesaurum, in posthuma sæcula, è libris decerpendum, beneficentissimè contulit. Conscriptum Indicem hujus beneficii Librum, in separatis foliis conservamus, sub titulo *Bibliotheca SAPIEHANA:* Imaginēq; omni symmetriâ Munificentissimi hujus Gratiani adumbratam, in Archivo voluminum affixam habemus. Verùm si hæc pictura temporum exedetur carie; illa non defluet immortalitatis species, quæ cordibus inarata, perennem beneficentissimo Mecænati, in mente gratâ inscripsit characterem. Eidem Academico Collegio peristromata non vilis pretii ad usum Academicorum Actuum contulit, parietibusq; ipsis suas inscripsit gratias. In Sacras & Eruditorum Domos gratiosus hic Fundator, non mirum est, quòd à Vaticano solio, encomiis & gratiis celebrari meruerit. Ille à prophetato *Cultide montium*, Alexandro VII. præcel-

 sarum

sarum mentium Æstimatore peritissimo, Carpathiis montibus excelsius meruit Elogium: *Magnus Fidei Propugnator*, vivæ non quidem vocis, sed pennæ, oraculo appellatus. Pretiosissimum Thesaurum ex ærario Romani sinus recepit, dum ab eodem Alexandro VII. Pontifice Maximo, Divorum Martyrum *Faustini & Quirini* Corpora, in Basilicam Brestianensem Societatis JESU, expòst illata, gratò susceptit obsequiò. Parùm interim videbatur Vaticano Statori Jovi, scriptis per honorificis, amplisq; largitionibus, tenerrimam propensionem erga absentem testificari Casimirum; majora eidem documenta gratiarum ex hibuit, dum Apostolica Limina personaliter invisit. Illum scilicet cum Successoribus suis, Titulo *Principis*, *Ducaliq; Mitrâ* humanissimè exornavit. Verùm dum è Superum coordinatione ultimus de suo ramo, absq; mascula prole, decesserit; hos titulos gratâ mente in se tulit, in posteros non transmisit. Coronatus gratiis Vaticani muneris Casimirus Leo SAPIEHA, magnis, inter bellica & civilia negotia, meritis in patriam præclarus, Pater defensæ Patriæ, dici meritò debuit. Ille enim ad annum millesimum sexcentesimum octavum, post mortem Vladislai IV. rebelles Cosacos, duplici passu, suis sumptibus defendit, nempe ad Bychoviam & Polesiam. *Lu-*

ctu-

ctuosis protunc temporibus Zaporoviana rebellio, Russis Scythicisq; legionib9 succinta, tot agrestes in excidiũ Nobilitatis armaverat: quanta vastitas Litvaniam exercuisset? nisi SAPIEHANA præsidia, in tempore submissa, retardando hostium progressui, præstò adfuissent. Sub præsenti discrimine, multis in suam solùm rem intentis, multis nihil ultra verba, vacuaq; rebus consilia, promentibus, multis inter stipendiorum licitationem hærentibus: pauci solo honesto, germanoq; honesti præmio, Famâ contenti, laborantis Patriæ curis se-se impendebant. Porrò inter hosce paucos Casimirus Leo SAPIEHA, militem de proprio lectum, ita opportunè bifariàm hosti frænando objecit; ut & Russiæ Albæ ulteriores Provinciæ, & propinquior Polesiæ Litvania, integritatem suam illi, aut ante omnes, aut inter primos debeant. Hinc nomine Reipublicæ, Anno Christi Nati, millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, ultimâ Januarij die, gratiæ illi sunt actæ in Comitiis Cracovien-sibus, per Mareschallum Regni Adamum Kazanowski, quòd periclitanti in Litvania Reipublicæ, non manipulis, sed integris exercitibus subsidia tulerit. Hæc Kojalowicz in initio Historiæ Litvanæ, quam eidem suo Mecænati dedicavit. Sequentibus verò annis ad Zborow, Beresteczko, & Zwaniec, suis sumptibus pariter, non jam legiones, sed exercitus, in comitatu

Kojalow: in Præf: hist: Litv: p. 1.

Sere-

Sereniſſimi Joannis Caſimiri duxit, in cujus etiam obſequio, exortis turbis, per quas Litvania Moſcho & Sveco prodita eſt; conſtanter permanſit. Tandem, meritis in Divos & Rempublicam plenus, vitam explevit milleſimo ſexcenteſimo, quinquageſimo nono, Varſaviæ in Januario: tumulatus Berezæ, in Eccleſia ad Carthuſiam, quam fundaverat; dignus, qui ſæculum ætate implere poſſet, cujus funus immaturum & luctuoſum amanti populo fuit. *Nemo enim non optat immortalem, quem expertus eſt optimum. Malos communiter comitantur ad tumulum tripudia; bonos Lachrymæ. Sicut naturæ vitium eſt, quòd nullus ſit Honorius, qui aliquando ſuos non affligat, vel vivens, vel moriens; ita naturæ quoq; beneficium eſt, quòd nullus ſit Princeps, qui aliquando ſuos non recreet, vel vivens, vel moriens.* Luctuoſus etiam & inde tanti Herois, Litvano orbi, obitus fuit; quòd ſibi æqualem, hic abſq; maſcula prole decedens Achilles, non ſuffecerit Hectorem. Habuit equidem honoratiſſimam ſibi adlectam Conſortem Theodoram è Comitum Tarnoviorum ſtirpe ſatam, filiam Palatini Vendenſis, à Spicimiro ab Anno milleſimo, antiquiſſimæ & Senatoriis honoribus ſublimis Domûs ſuæ deducentem Aborigines: verùm hæc immaturè poſt paucos Connubii annos decedens, nullam prolem reli-

quit,

quit, ipſa tumulata in Sarcophago veteriori SAPIEHARUM, ad ædes Divi Michàëlis in Urbe Vilnenſi Monialium Clariſſarum, Habitum Earundem poſt fata induta: Leonis Summi Pontificis in hoc ſubſellio Decimi, fortè inſiſtens gratioſæ conceſſioni, qui affectantibus indui Religioſâ veſte poſt vitæ exitum, indulgentiam plenariam; etſi ad effectum non pervenerint vota; in mortis articulo conceſſit. Et cùm antecedenti fato, ante Caſimiri Leonis SAPIEHA mortem, hæc lectiſſima ejus Conſors diem ſuum obiiſſet; eam luctuoſus Conjunx Catholico etiam poſt fata amore colens, centum millia florenorum in Sacroſancta Myſteria Miſſæ expendit, non ad vitæ tempora, ſed & poſt terminum ejus, juratum perſeverâſſe Amorem indicans. Gratum hoc ſibi holocauſtum monſtravit Deus, ut abundè hinc inferre licet, quòd in ſepulchrali conditorio ejus, ad Eccleſiam Berezenſem Carthuſianæ Familiæ, examen apum mellis favos elaborantium ad pedes incorrupti corporis, poſt aliquot annos repertum ſit. Dulcem in cordibus Civium Litvaniæ excitavit Caſimiri Memoriam hic dulcis labor apum, & velut olim in ore leonis à fortiſſimo Samſone, ita ſub plantis Caſimiri Leonis favus à præſente populo ſpectatus fuerat. Hoc pulchrum Beatæ vitæ indicium promeruiſſe videtur,

tùm præclaris in patriam & Superos meritis, tum præclarè obito ultimo vitæ termino: poſtquam enim frequentatione ad Menſam Divinã, quælibet feſta Beatiſſimæ, aliaq́; Divorum ſolemnia, per vitam coluiſſet; etiam morti proximus trina vice Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ è manibus Patris Joannis Andrzeykiewicz Societatis JESU, & extremã Unctionem recepit, magnamq́; Animam, Magnus Leo efflavit: cujus rugitum heterodoxa ſummopere timuêre pectora: quorum perfregit in Commiſſione olim Vilnenſi audaciam, & extra urbem Larario conceſſo, virus Genevenſe è viſceribus Palæmoniæ Metropoleos ejecit. Magnus in vita, Magnus inter, & poſt fata

Heros; quem Amârunt Cives, timuerunt fidei
& patriæ hoſtes, Lachrymæ parentales
ad ſepulchrum deduxêre.

ANDREAS SAPIEHA Palatinus Mſciſlavienſis, Filius Joannis Capitanei Drogicinenſis, Frater LEONIS SAPIEHA Palatini Vilnenſis.

Alter hic Filius JOANNIS SAPIEHA Capitanei Dro

Drogicinenſis, Frater Gregorii Succamerarii Orſanenſis, ac Leonis Palatini Vilnenſis, Capitaneus Orſanenſis; & primùm Minſcenſis, tandem Mſciſlavienſis Palatinus. Memoratur ad annum milleſimũ *quingenteſimum* nonageſimum ſeptimum Magni Legati munere in Sveciam conſpicuus. In Conſortem maritali connubio aſſociaverat ſibi Theodoram Szymkowiciam Supremi Mareſchalli Magni Ducatus Litvaniæ Filiam: ex qva tres Filias, Sophiam, Połubinio Palatino Parnavienſi, & Conſtantiam, Szemiot Succamerio Vilnenſi elocatas, ac tertiam Eliſabetham, (quæ Clariſſarum ingreſſa Parthenopolim) procreavit. Clariſſimus à Natalibus Szemottius, Gener Andreæ *SAPIEHA hic, Succamerarius Vilnenſis, Filiꝯ fuerat Melchioris Szemiot Succamerarii pariter Vilnenſis*, Heredis in Ielna, illius fortè, qui vocatur ſub Sigismundo tertio, Mareſchallus. Andreas verò SAPIEHA honoribus æquavit Prædeceſſores, in poſteros gloriam ſuam non promovit, cùm abſq́; prole maſcula deceſſerit.

GREGORIUS SAPIEHA Succamerarius Orſanenſis, Filius Joannis Capitanei Drogicin: Frater

ter

ter Leonis Palatini Vilnenſis.

Felicior hic Fratre ſuo in prole extitit, quam præcelſam in gemino ſurculo numeravit. Duos ſcilicet magnos Heroas Filios habuit, Alexandrum & Chriſtophorum, utrumq́; Palatinum Mſciſlavienſem, quo honore ſucceſſivè reſplenduerunt. Et quia gloria Patris eſt honor Filiorum; magnum encomiorum ſpecimen ex Filiis GREGORIUS SAPIEHA legerat, quos Palæmonio orbi, trophæis & victoriis glorioſos protulit.

ALEXANDER SAPIEHA Palatinus Mſciſlavienſis, & Dux Exercituum, Filius Gregorii Succamerarii Orſanenſis.

Celebris hic miles ab Authoribus fertur, qui etiam Smolenſco, bellis & hoſtium incurſionibus afflicto, commeatum ſuâ induſtriâ ſubmiſit. Meritus eſt; ut ad Chotimum, Anno Chriſti Nati Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, poſt mortem Caroli Chodkiewicii, Exercitui Litvano præeſſet. Fundavit Oſtrownæ cum Eliſabetha Chodkiewicia Caſtellanide Vilnenſi Eccleſiam, & ex hac Conſorte ſuâ

duas

duas protulit Filias, unam Annam, Naruſzewicio Referendario & Notario Magni Ducatûs Litvaniæ, alteram Chriſtinam, Vice-Dapifero M. D. L. Paccio Elocatam. Et quia annexa eſt affinitatis vinculo Naruſzewiciorum Domus SAPIEHANÆ Proſapiæ; cùm alibi Pacciorum ſublimis origo, Alexandro SAPIEHA affinis deducta ſit; hìc Naruſzewiciorum Familia, quæ jam per maſculâ prolem deſiit; ſub calamum venit. Vetus hæc & Illuſtris, ac opibus, atq́; Viris celebribus ampliſſima, ſangvinem duxit à Montigerdonis Filio, *Petro Montigerdowicz*, qui accepit in Hrodle arma *Wadwicz*, anno Chriſti Nati milleſimo quadringenteſimo decimo tertio. Cognomen traxit hæc Domus à Filio Petri Montigerdowicz *Naruſz* dicto, *cui* fratres fuerunt Dowxa, & Dwa*gird* Montigerdowicz. Præter cæteros ex hac Familia hi fuerunt Heròes: Petrus Naruſzewicz primus Notarius M. D. L. Legatus in Moſchoviam milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo. Staniſlaus Naruſzewicz Caſtellanus Smolenſcentium, cui Stryjkowſki, cùm adhuc Tivuni Vilnenſis Præfecturam ageret; libri decimi ſeptimi, caput ſextum dedicavit. Nicolaus Naruſzewicz Vilnæ excepit Juramentum Magiſtri Livoniæ Ketleri Livoniam Litvaniæ incorporantis, poſtea Theſaurarius M. D. L.

Stryjkowſki L. 17. cap. 6.

Ni

Nicolaus Naruſzewicz Caſtellanus Samogitiæ, ad Annum Chriſti milleſimum quingenteſimum nonageſimum nonum; Commiſſarius ad tranſigendum inter Maximilianum & Sigismundum tertium hujus nominis Poloniarum Regem. Conjunx ejus Margareta, ſeu potiùs Marina (Maruſza enim dicebatur) Filia Ducis in Zbaraż, ut patet ex titulo Vilnæ in Cathedrali Baſilica poſito, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto. Paulus Naruſzewicz nominatus Pro-Cancelarius M. D. L. Chriſtophorus Naruſzewicz Parens Staniſlai, qui filiam Alexandri SAPIEHA Palatini Mſciſlavienſis, in Conſortem adlegerat. Hic primùm Curiæ, deinde Supremus Theſaurarius M. D. L. Vir à ſumma probitate ac juſtitiâ commendatiſſimus, qui exemplar Theſaurariorum Bonorum dici meruit, & haberi. Alexander Naruſzewicz primùm Notarius M. D. L. deinde Pro-Cancellarius renunciatus milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto: obiit Legationes in negotio pacis cum Svecis, Lubecam & Stocholmiam. Demum inter alios Proceres Gentis ſuæ, Chriſtophorus Naruſzewicz Referendarius & Notarius M. D. L. fuerat; Vir plurimùm commendatus, illeq;, qui per affines nexus, SAPIEHANÆ Proſapiæ colligatus, hanc præcelſam originem ſuam in Domũ SAPIEHANAM intu-

tulit. Placuit hic recenſere Proceres jam numeratos è Familia Naruſzewiciorum, ut ſciant poſtera ſæcula, quàm præcelſa hæc ſtirps fuerit, & cum quantis Nominibus SAPIEHANA Celſitudo nexus maritales inierit. Alexander verò SAPIEHA Palatinus Mſciſlavienſis præter duas Filias, maſculam non recepit prolem, cui præter Palatini honorem, etiam Præfecti, ſeu Capitanei Orſzanenſis titulos hiſtoriæ addunt.

CHRISTOPHORUS SAPIEHA Palatinus Mſciſlavienſis, Filius Gregorii Succamerarii Orſzanenſis.

Portitor hic in nomine ſuo, etiam Patrii honoris & gloriæ Majorum ſuorum Succollator fuerat; Nomini ſuo & præcelſæ origini Domûs SAPIEHANÆ correſpondens. *Abſurdum* quippe eſt, (teſte Caſſiodoro) *portare nomen à Majoribus alienum, & aliud dici, quàm poſſit in moribus inveniri: Nomen* (inquit Salvianus) *ſine actu & Officio ſuo, nihil eſt. Si re priveris; nec nomen habere mereris.* Chriſtoporus SAPIEHA celebre Majorum ſuorum Nomen, etiam in ſe ampliavit, & titulis multis exornavit. Capitaneus ille

us ille Propoyſcenſis & Lidenſis, Palatinus Mſciſlavienſis per Roxolanam regionẽ, cultũ & gloriam Dei abunde promovit. Par obſequium etiam bono publico in variis negotiis exhibendo; Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio, Commiſſarius ad tractatus cum Sveco, è Reipublicæ aſſenſu deſtinatus. Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Judex Tribunalis, quod Judicium Fiſci dicitur. Milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſecundo, Reviſor Theſauri Regni & Reipublicæ. Milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo ſexto, Deputatus ad Conſilia bellica, Patriæ commodis ſuum laborem,& ſeipſum conſecravit. Sociam vitæ è Principe Familia Hołowczyniam, Caſtellani Samogitiæ pereximiam Filiam aſſumpſerat, cui natalium honor Ducalem celſitudinem contulerat. Hołowczynii enim ab antiquo Kniazii, ſeu Duces de Hołowczyn, vocabantur, additumq; ſibi agnomen habuêre *Rapałowſki*; uti armis *Łabędź*. Parens hujus electæ Conſortis Hołowczyńſki, præter Caſtellani Samogitiæ honorem, etiam Præfecturam Lidenſem ſibi collatam habuit, fuitq; delegatus anno Domini milleſimo ſexcenteſimo undecimo ad correctionem Legum Magni Ducatûs Litvaniæ. Idem Milleſimo ſexcenteſimo primo cum centum Velitibus, ſuis impenſis militavit in Livonia, interfu-

fuitq; præliis ac Victoriæ ad Kokenhaus & Orle. Sociatâ verò ſibi per maritale connubium hâc præcelsâ Conſorte, ex præclaris Progenitoribus deſcendente, Chriſtophorus SAPIEHA, præter enumerata encomia; etiam hoc additum ab Okolſki elogium habet. *Chriſtophorus SAPIEHA Palatinus Mſciſlavienſis, Præfectus in Prepoyſko, & miles ſtrenuus, & Orator Summus, & hoſpitalitate memorabilis, quapropter in Senatu graviter dicendo, in Caſtris fortiter pugnando, Domi benevolè excipiendo, referebat ſuam omnibus laudem. Ex Hołowczyńſka ſuſcepit deſideratam prolem Nicolaum, qui cum Goſiewſka Palatini Filia ſuſcepit Matrimonium; ſed obiit:* verùm non abſq; herede gloriâ, quam in ſua Progenie poſuit: ut patebit. *Okolſki Orb: Polon: tom: 2. p.150.*

NICOLAUS SAPIEHA Notarius Campeſtris M. D. L. Filius Chriſtophori Palatini Mſciſlavienſis.

Chriſtophorus hic â Kojałowicz vocatur, verùm ex aliis Authoribus Nicolaum fuiſſe Chriſtophori SAPIEHA Palatini Mſciſlavienſis Filiũ conſtat, ut ex Okolſki inſinuatum eſt. Cùm verò Kojałowicz Chri-

ſtophorum Palatini Mſciſlavienſis ponit Filium: vel à paterno nomine illum vocat, ut antiquiori ætate ſolitum fuerat, & in patrio idiomate à Chriſtophoro Parente, filii vocabantur Krzyſztofowiczowie, ſicuti Joannis filii, Janowiczowie, Leonis, Lwowiczowie, Simeonis Siemionowiczowie; & ſic de cæteris, prout legere eſt in veteribus authenticis. Vel etiam hunc Nicolaum SAPIEHA præfatus Author ab altero nomine Chriſtophorum dicit, prout pariter in hiſtoriis variato nomine eosdem Heroas ob varia ſibi indita agnomina, legimus. De hoc Nicolao SAPIEHA in Annalibus SAPIEHANÆ Domûs reperio, quòd liberalitate & munificentiâ in Eccleſias & Domos Divorum celebris, Lennæ redintegravit collapſas fundationes, & in priſtinum decorem, ac proventus reſtituit. In Societatem advitalitiam elegit ſibi Suſannam Goſiewſka Palatini Smolenſcenſium Filiam; utq; vel inde honor Nicolai SAPIEHA eluceat, quòd præcelſos inierit thoros; placet hìc apponere compendium Heroicarum actionum Alexandri Goſiewſki Palatini Smolenſcenſis, Parentis hujus Conſortis, in connubium Nicolao SAPIEHA venientis, quod lapidario ſtylo ad ædes Divo Caſimiro Sacras in Urbe Vilnenſi Patrum Societatis JESU in hoc elogio legitur: *Alexander Corvinus de Goſieno Palati-*

ti-

nus Smolenſcenſis, Magni Ducatûs Litvaniæ Campeſtris Notarius, Veliſenſis, Kupiſcenſis, Marcovienſis, Capitaneus; Magnus ſui ſæculi Heros, Orator primùm, mox Bellator; Famâ, armis, victoriis, Moſchoviam implevit. Białam, quam ſolus capi poſſe credidit, cepit. Moſchos ad eam ac Svecos, Ducemq; Hornenſem, cecidit. Metropolim Moſchuæ, Poloni ac Litvani Exercitûs Gubernator, contra totius Moſchoviæ vires, trienniô tenuit. Marcellum crederes, cùm in Maſtrucas, Lepunos, Suyſcios, Duces incidit. Herculem; cùm renata hydræ capita, ad Smolenſcum dejecit, & 60000. fugatis, pacem firmavit. Felix tanto Gubernatore Severia! Cui Ordinem, Munimen, Templa, Sacerdotes, Milites, debet. Quid Livonia? in qua Arces prope XX. recepit. Pontum, Hornenſem, Turnum, Duces Guſtavi, fudit. Ipſum, tormentô, in ſui venerationem equô dejecit. A Deo in tot præliis ſervatum, globus ferreus oſtendit, inter caſſidem, & Caput, veram Patriæ galeam, innoxiè illapſus. Pari gloriâ; Vladiſlai IV. auſpiciis, 70000. non expavit, Viſcera Moſchoviæ intravit, Opem, ſpemq; hoſti, ademit. Eum, qui obſederat obſidendum, mox & vincendum dedit. Morte ſola victus; Conſiliis, armis, Meritis, maximus Heros. Cui, nata Heroibus Heroina, Eva Paccia conjux, dolorem, amoremq; morte invictum,

teſta-

teſtatur: Digni Cineres, qui plures excitent Alexandros. Tanti Herois Filiam ſibi aſſocians Nicolaus SAPIEHA, ex illa numeroſiorem aſſumpſit prolem. Tres Filios, quatuor Filias. Ex his Catharina Conſortium iniit cum Theophilo Tryzna Volkovienſi, Bludźinenſi Præfecto, Oeconomo Dobroyſcenſi, Filio Nicolai Supremi Theſaurarii & Notarii Magni Ducatûs Litvaniæ, Nepote ex Fratre Martiani Tryzna, qui primùm Notarius & Referendarius, tandem Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ Epiſcopus Mallenſis, Coadjutor Epiſcopatûs Vilnenſis. Præpoſitus Gieranonenſis & Trocenſis. Sepultus eſt apud Patres Ordinis S. Franciſci de Obſervantia Breſtæ. Tryznarum Familia vetus & Illuſtris in Litvania, utitur armis *Gozdawa*, ex Græcia Originem trahens, ab eo tempore, quo fides Chriſtiana Kijoviæ *cœpit* propagari. Habebat poſſeſſiones in Severia, eratq; heres in Brańſk. Severiâ deficiente in Litvaniam tranſiit, & in Novogrodenſi Palatinatu conſedit. Altera Filia Nicolai SAPIEHA Marianna, in Zywiec Komorowſcio Succamerario Volkovienſi elocata, quorum genus Okolſki ſub *Boża wola*, Kojałowicz ſub *Dołęga*, ponit. Utrumq; interim hoc inſigne, ſolea eſt, Avitum Komorowſciorum ſtemma. Tertia Eliſabeth, primo voto, Korſakowſcio Succamerario Polocenſi;

Okolſki fol: 69. tom: 1.

alte-

altero, Kuncevicio Palatino Breſtianenſi emancipata, Kunceviciorũ Familiã, per faſces Litvanos ſublimatam, Proſapiæ SAPIEHANÆ annexuit. Nomen veteris hujus Familiæ, & claræ in Magno Ducatu Litvaniæ deductum eſt à *Swiętycz Hołaſzko*, qui dum ad Sacrum Baptiſma ſub Jagiellone acceſſit; *Ianuſzko* nominatus: & quia ultimus ex Equitibus Litvaniæ; vel ſerò ad ſalutis fontem acceſſerat; *Kończe*, demum *Konczewicz* appellatus eſt. Familia hæc præteritis luſtris, multos in Litvania ſuſcepit faſces, ſed pluribus titulis aucta fuit, dum in Divo Martyre Joſaphat Koncewicz Archi-Epiſcopo Poloçenſi & Vitebſcenſi, ſui nominis Herede, per declarationem Urbani VIII. Pontificis Maximi Martyre nuntiato, glorioſior, non jam Palæmonio, ſed univerſo Orbi evaſit. Hic quidem Divus Martyr à Kojałowicz ſub ſtemmate *Roſa* ponitur, ab Okolſki verò ſub *Łabędź*, illo inſigni; quo Kuncewiciorum, per faſces ſublimata Domus utitur. Quanquam hujus Familiæ Heroês etiam alia pro inſigni Domûs Arma adhibent: nonnulli enim ſtemmate *Pierſchała*, alii *Zaręba* annotantur. Quarta demum Filia ejusdem Nicolai SAPIEHA Notarii Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ, Anna, in Parthenone Sereniſſimæ Ludovicæ Poloniarum Reginæ, in Virginum ætate prima deceſ-

Okolſki Orb: Pol: tom: 2. fol: 15.

ſit.

ſit. Hunc Nicolaum SAPIEHA ſterilem abſq; Maſcula prole Kojałowicz deducit, verùm in Codnenſibus Monumentis, tres illi Filii adleguntur, omnes interim ſterilitate infæcundi.

GEORGIUS SAPIEHA Capitaneus Vilkovienſis Filius hujus Nicolai, par Prædeceſſoribus ſuis, æqualis poſteris, Eques Albæ Tæniæ creatus: quanto honore hoc præmium Militiæ tulit; patet ex Legatione, quam in Hiſpaniam obiit, exteris nationibus ſuam gloriam inferens, cùm illâ patrios limites impleviſſet. *Præclarum ſiquidẽ eſt, nolle uno ambiri ſolo, nec catenatam inter Patrios ſinus nominis arctare exiſtimationem; verùm ſi magnitudo meritorum heroos exercet animos, illos non jam natale concludat ſolum; ſed integer orbis prono in venerationem excipiat cultu, & promulgatum honorem, etiam remoti terrarum advertant ſinus.*

FRIDERICUS SAPIEHA Palatinus Mſciſlavienſis, alter ejuſdem Nicolai Filius, Majorum gloriã meritis propriis cumulavit, ac ſi non ſua eſſent, quæ Majores egerunt, facinora. *Nemo ſcilicet alieno ſplendore evaſit illuſtrior. Suâ Phœbus trabeatus luce, neq; adſcititiis refulget ſplendoribus. Suo quisq; eſt dives, & domeſticâ felicitate Beatus. Nihil prodeſt optimo Patre natum eſſe, ſi ipſe eſt peſſimus. Nihil unquam pro-*

pudio

pudioſius vidit orbis; quam degeneres à Parentum & Majorum virtute ſucceſſores. Quos extincta virtutum lux obtenebrat; eos Aviti ſanguinis ſplendor non illuſtrat. Ita Fridericus SAPIEHA domi natos honores, honoribus ampliavit, & Patrum ſublimem celſitudinem in ſe promovit altiùs. Liberalis hic in Religioſas familias: Patres Prædicatores Grodnam Fundator induxit, Prædeceſſorum ſuorum, in Religioſos cætus, imitatus munificentiam. Conjugali fœdere per primum votum ſociaverat ſibi Chriſtinam, ex antiquiſſima & celeberrima *Pociejorum* Familia, FiliãTheodori Pociey Caſtellani Breſtianenſis, Neptẽ ex Fratre Adami, primùm Caſtellani Breſtianenſis, deinde mortuâ Conſorte Oſtrogiâ, poſt converſos ad ſtatum Spiritualem animos, Metropolitæ Ruſſiæ, & Epiſcopi Volodimiriæ, Filiorũ Leonis Pociey Supremi Magni Ducatûs Litvaniæ Theſaurarii, Sigismundi primi temporibus. Hæc Conſors Friderici SAPIEHA Primigenium ſanguinem hauſit à Vlodimiro Magno totius Ruſſiæ, Moſchoviæ, aliorumq; Regnorum Monarchâ, per Duces ac Principes Kijovienſes Ruſſiacos, directo ductu ad ſe propagatum, illumq; SAPIEHANO nomini affinem fecit. *Pociejorum* quippe Veteriſſimũ Nomen à Vlodimiro Monarcha Ruſſiæ initia ſua ducens, per Ducales Prin-

Okolſki tom. 2. p. 44.

cipum

cipum Ruſſiæ, & Senatorios Litvanæ Gentis faſces, in multis Proceribus Domûs ſuæ, ad hæc uſq; tempora ampliatum eſt. Colit etiamnum Palæmonius Orbis ſublimem hujus Nominis celſitudinem, in Illuſtriſſimo Ludovico Pociey Palatino Vilnenſi, Supremoq; Exercituum M. D. L. Duce, cui primo voto Zahorowſcia Caſtellanis Volhyniæ obtigerat; nunc idem ab Emerentiana Warſzyccîâ Enſiferide Regni, non exigua colligatarum Familiarum recepit ornamenta. Habet Celebratiſſimum Dynaſtam Litvano-Senatorius honor Caſimirum Pociey Palatinum Vitebſcenſem, triumq; Natorum ejus, Antonii Caſtrametatoris M. D. L. Volkoviſcenſis, Zyżmorenſis, Alexandri Pocillatoris ejuſdem M. D. L. Olkinicenſis, & Michàélis Rahoczavienſis Capitanei gloriam, quæ ab Anno milleſimo vigeſimo octavo, quô Vlodimirus Monarcha Ruſſiæ obiit, continuis honorib9 ſublimem *Pociejorum* exhibuit Familiam. Ex hac præcelſa ac Ducali ab initiis ſuis ſtirpe procedens Pociejia Friderici SAPIEHA Conſors, uti celeberrimi Nominis in ſuis Prædeceſſoribus; ita celebratiſſimi, in rem Divinam, obſequii fuerat. Pientiſſima namq; totam in orationibus, Jejuniis ac Eleemoſinis Vitam exegit: ab Okolſki Friderici SAPIEHA Capitanei Grodnenſis & Oſtrynenſis, conſors illa ponitur.

Pala-

Palatinum hunc Mſciſlavienſem alii recenſent Authores. Alterâ conjugii lege venit in Manubias Maritales Friderico SAPIEHA Anna Paccia Pro-Cancellarii Magni Ducatûs Litvaniæ Filia, cujus Progenitor, ſæculo præterito, Senatoriis virtutibus celebratiſſimus, in hoc ſuam curam maximè probavit, quòd ob impetitas ſtatuas Sanctorum Angelorum ſagittis per Calviniſtas, decreto Comitiorum, Sacrarium Calvinianum, ad ejus inſtantiam, Vilnâ iit proſcriptum: cui operi etiam immortuus eſt contractâ paralyſi ex incommoditatibus. Obiit piè, ſepultus Vilnæ apud Carmelitas Diſcalceatos, quorum inſignis Patronus fuit, quiq; curâ ſuâ providit, unde Eccleſia illa & Conventus è muro extrueretur ac ornaretur. *Paucis hìc* annecto Originem Celebratiſſimæ Pacciorum Familiæ, quæ ſublimibus Magni Ducatûs Litvaniæ Miniſteriis præclara, Ducalibus, Cancellariæ, Theſauri faſcib9, aliisq; honorib9 reſplẽdens, in SAPIEHARUM affinitatem, per fœdera conjugii non ſemel aſſociata eſt. Paccii ſeu derivato nomine *Pacovicii*, & Pacevicii olim dicti, ex Hetruria ſublimes Natales produxerunt, ubi etiamnum ſunt *Paccii*. Inter fragmenta antiquitatum Hetruſcarum terræ infoſſarum, tempore belli Catilinarii, in fundo *Scornelli* Caſtelli inventarum Anno

Do-

Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, à Nobili Hetruſco, Curtio Ingiramio, invenitur talis Inſcriptio: *Ego Coſmus Paccius Maximus Pontifex ſubſignavi.* Utiſe oculis ſuis legiſſe teſtatur Tri-

Kojał: in mm. ss. denti in Bibliotheca Collegii Kojałowicz. Hæc Familia jam à temporibus Jagellonis Regis Poloniarum Senatoriis adornata faſcibus, ad hæc tempora multos Proceres Litvaniæ protulit; & quæ pridem SAPIEHANO Nomini per Connubia eſt ſociata, nunc etiam, poſtquam Chiſtophoro Paccio Notario Magni Ducatûs Litvaniæ in Conſortem adlegiſſet è celſiſſima SAPIEHARUM Domo, Benedictam Filiam Dapiferi M. D. Litvaniæ, novis fœderibus iterum celebratiſſimum Nomen ſuum SAPIEHANÆ inſeruit celſitudini, inſignem florem Caſimirum PAC Capitaneum Caunenſem proferens, qui Academiã Vilnenſem ſublimi Prædeceſſorũ ſuorum adornans Nomine, hanc nunc Vernantiſſimus Domûs ſuæ Floſculus, obtutu ſuo, & præſentiâ, Academicus Aſcanius recreat.

Paulus SAPIEHA tertius Nicolai SAPIEHA Notarii Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ Filius, fortè immaturâ deceſſit morte, cùm nec Conſortem, nec titulos illi appoſitos in authoribus reperio. Tam enim in hoc Paulo SAPIEHA, quàm in Fratribus ejus, Georgio Capitaneo Vilcovienſi, & Friderico Pala-

Palatino Mſciſlavienſi, maſcula proles deſcendens à Friderico Joanne SAPIEHA Palatino Podlachiæ, Joannis Palatini itidem Podlachiæ primi in Kodeń Heredis & Domini, deſiit. A quo Friderico SAPIEHA etiam Leo Palatinus Vilnenſis, & Supremus Dux Magni Ducatûs Litvaniæ proceſſit, & pariter in Filiis ſuis lineam deſcendentẽ ab eodem Friderico Joanne SAPIEHA, finivit. Quare deductâ ſerie à Joanne SAPIEHA primo Herede in Kodeń per Filium ejus Fridericum Joannem propagatâ, ad alterum ejuſdem Joannis Primi in Kodeń Heredis, Paulum SAPIEHAM Palatinum Novogrodenſem deſcendo, à quo quia etiam variæ proceſſerunt lineæ; diſtinctim, per variam *poſteritatem* à Filiis ejus; deſcendentes *proponentur* Poſteri.

PAULUS SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis, ſecundus Heres in Kodeń, Filius Joannis Palatini Podlachiæ primi Heredis in Kodeń, dictus Ornamentũ, & Protectio Litvaniæ.

Magnorum meritorum & exiſtimationis hic Dynaſta, hanc ſeriem ſuis poſteris reliquit; ut à grandi honorum ſuorum Oceano ſcaturientes dignitatum fluvii per Nepotes proceſſerint. Quisquis enim perennem fabricare contendit gloriam, magnos in ſe præferat honores, & qui in alios derivatam cupit nominis ſui celſitudinem; hanc Maximam habeat neceſſe eſt, quæ ſingulis Pronepotibus, Abnepotibus, Trinepotibusq;,& ulteriori ſufficiat propagini. Paulus SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis, qui plures è ſua linea Proceres, & Magnos Senatores in Domo SAPIEHANA reliquit; Magnis ipſe meritis in patriam, & honoribus, eminuit. Ille eſt, qui *Magnus Senator, & ornamentum Magni Ducatûs Litvaniæ, atq; Protectio dicebatur.* Primùm à Sigismundo Auguſto Poloniarum Monarcha Præfectus Braclavienſis, tandem Rzeczycenſis, Enſifer Magni Ducatûs Litvaniæ, demùm Mareſchallus Minſcenſis, ad extremum Palatinus Novogrodenſis creatus eſt. Sub eodem Rege Poloniarum, ad Auguſtiſſimum Imperatorem Maximilianum ejus nominis ſecundum, quanto honore Gentis, & Domûs ſuæ Legationem obierit; ex eo colligere fas eſt, quòd ſtemmate novo auctum decus Familiæ ſuæ ab Imperatore receperit: Scilicet ferratam manum, & Aquilam nigram cum

Stryjkowſki l. 25. c. 1. & Okolſki. citat. tom. 2. fol. 149.

coro-

corona in vertice, teſte Warſzewicki. Rex verò, æquali æſtimatione ponderans Pauli hujus merita, poſtquam in Livonenſi conflictu, trajectam ille ferro manum habuiſſet, ſagittam tranſmiſſam per cubitum manûs, ad Avitos SAPIEHARUM decores addidit; quibus inſignibus ab antiquo, bellicoſa SAPIEHARUM Familia utitur. Idem Paulus SAPIEHA ad ſtemma patrium, appoſuit Hippocentaurum, ut legere eſt in annalibus Litvaniæ. Aſcendit ad honores tantos per cultum Numinis ſpecialiter à ſe promotum: Primum ſiquidem à gloria Divina, ſui honoris incrementum fecit. Fundavit Eccleſiam Græco-Uniti Ritûs ſub titulo & patrocinio Sancti Angelorum Principis Michaëlis, alteram item è muro ſolido poſuit, in ſinu Arcis Codnenſis eleganti cultu & decore, Crucigerorum imitante formam, quam illi in Baſilicis ſuis affabrè ponebant. Videre inibi eſt Lilia & is,ſeu ſagittam,exſculpta in Lapide ad introitum Eccleſiæ poſito, ex quo legitur in Divos, eorumq; aras, cultus SAPIEHANUS. Idem, Paræciæ Codnenſis fundationem à Progenitore ſuo Joanne Palatino Podlachiæ inchoatam, multis gratiis, & donis ſuis confirmari fecit: eamq; à Superis ipſe promeruit gratiam; ut centeſimum propè ætatis ſuæ attingens annum, *Sæcularis Neſtor* vocare-

Stryjkowſki fol. 354.

tur.

tur. Imò etiam pro beneficiis Eccleſiæ datis, terræ ipſius gratitudinem retulit; poſtquam illa metalla ferri, & calcariam glebam in fundo Codnenſi ad tempora Pauli SAPIEHA aperuiſſet, fæcundumq́; metallo ſolum,pro abundanti in Divos obſequio,reddidiſſet. Quanti verò in Patria honoris hic Palatinus Novogrodenſis fuerit? incorporatio Livoniæ ad annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum ſeptimum refert; ubi illius mentio & honor ponitur. Magnas interim hic potens in Patria Dynaſta, cum colligatâ, proximo ſangvinis cultu, Domo Ducum Rożyńſciorum habuit, propter ſucceſſionis leges, controverſias & neceſſitudines; quas ipſe Sigismundus Poloniarum Rex compoſiturus, perpetuam confirmationem pacatorum diſſidiorum dedit,quæ ſuperiùs relata eſt. Sopito cum Ducibus Rożyńſciis negotio, poſtquam pacificâ lege occupâſſet bona, ad ſe hereditario jure devoluta; amplarum poſſeſſionum Dominus, uti præcelſas Conſortes per connubia ſibi adlegit; ita fæcundâ quoq́; ſorte, per Superûm Benedictionem, in Poſteris ſuis ampliatum honorem retinet. Prima illius Conſors è Principum Olſzanenſium ſtirpe fuit, cum qua Ducatus in Olſzany in SAPIEHANAM Domum illatus eſt. Proceſſit hæc Celſiſſima Conjux ab Olgimunt, ſeu Algimunt

gimunt Nepote Romundi Magni Ducis Litvaniæ, Holſzæ Ducis, & Fundatoris Holſzanenſis, qui Auctor cognominis Ducibus Holſzanenſibus extitit, per multosq́; Principes ac Senatores ſangvinem ſuum ducens. Ultimũ Heredem è Proſapia ſua habuit Paulum Ducem Olgimunt Epiſcopum Vilnenſem, qui hereditaria bona ſua, priùs Epicopus Luceorienſis exiſtens, Antiſtitibus illius Loci inſcripſit, inter quæ, eſt *Ianow*. Idem etiam erexit Volpæ Collegium Sacerdotum: vulgò Manſionariorum. Parens verò hujus Epiſcopi ultimi Heredis Ducum Olſzanenſium; Alexander Dux Olgimuntowicz Caſtellanus Vilnenſis,Reginæ Bonæ donavit territorium *Volpe*. Ab hâc Duce Holſzanenſi Conſorte Pauli SAPIEHA *Palatini Novogrodenſis*, teſte Stryjkovio, *Domus* SAPIEHANA morem recepit utendi pro inſigni, Hippocentauro: Quæ duos Filios protulit, Nicolaum & Theodorum,ſeu Bogdanum. Altera Conjux Pauli SAPIEHA (de quo agimus) fuit Alexandra Chodkievicia Palatini Vilnenſis Filia, numeroſiore prole fæcundior. Duos enim Filios ex hâc Paulus SAPIEHA ſuſcepit. Andream (quem alia revolvet pagina) & Alexandrum Baſilium Caſtellanum Vitebſcenſem. Quatuor verò Filias, quas inſigni conjunxerat connubiorum fœdere. Theodoram

Stryikow. ſki hiſt: Litv. fol: 354.

ſcili-

ſcilicet, Wołłowicio Caſtellano Viln: & Cancellario Magni Ducatûs Litvaniæ; Mariannâ, Korſak Palatino Polocenſi; Sophiam Kmitæ Palatino Smolenſcenſi; & Baſiliſſam Piaſeccio Præfecto ſtabuli Magni Ducatûs Litvaniæ, in Conſortes elocaverat. Liceat hìc in Familiam veterem & Illuſtrem Wołłowiciorum brevibus excurrere, ex occaſione Theodoræ SAPIEZANKA, Wołłowicio in Conſortem datæ. Wołłowiciorum Familia ab uno è Proceribus Litvaniæ procedit, qui accepit arma *Bogoria* in Hrodle. Sola enim hæc Familia (teſte Kojałowicz) in Litvania his armis utitur. Staniſlaus Wiſigin Wołłowiciorum Protoparens in Hrodle accepit hæc arma, dictus populari lingvâ Wiſigin, id eſt *omnes protegens.* Quod encomium etiam cæteris poſteris ejus, optimè aptari potuit: præcelſi ſcilicet Heròés, & Magni Proceres ex hâc Domo prodièrę, quorum computum legere eſt in Nomenclatoribus ſtemmatum Lituaniæ. Sufficiet hìc encomium referre ſolius Conſortis Theodoræ SAPIEZANKA. Euſtachius hic fuerat Wołłowicz, Legationibus peractis celebris: Obiit enim Legationes Moſchoviticas ſæpius. Mareſchallus Regius,& Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ negavit *Cari* titulum; ita tamen Duci charus, ut ipſe Dux peteret anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo,

geſimo, cum ad ſe Legatum mitti, ſi ſeriò de pace agendum foret. Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo nono, jam erat Mareſchall9 Curiæ Magni Ducatûs Litvaniæ, & Pro-Cancellarius. Deinde Caſtellanus Trocenſis, obiit Legationem à Litvanis Varſaviam ad Stephanum Regem ſalutandum. Ad annum milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimum nonum, ſigillavit Privilegium Erectionis Academiæ Vilnenſis Societatis JESU, Ut memorat Sulikowſki: Fuit deinde Caſtellanus Vilnenſis & Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, illiq; dedicavit Stryjkowſki T. 4. cit: Hunc Conſortem Filia Pauli SAPIEHA Palatini Novogrodenſis nacta, & in illo, præcelſis Progenitoribus, ac plurimis poſteris, quos recenſere non hujus paginæ eſt, gloriam aſſociatam SAPIEHANÆ intulit Familiæ. Korſakorum ſublime Nomen, alibi jam enerratum, quod ſibi, altera ejuſdem Pauli SAPIEHA Filia, maritali connubio adjunxerat: & Kmitarum pariter jam expenſa ſuperiùs pervetuſta Familia. Hìc occaſio porrigit Elogium apponendi Philonis Kmita (quod inter Bellatores Sarmatiæ lego) conjugis Mariannæ SAPIEZANKA, quam ille ſibi in conjugiũ aſſociaverat. *Producamus & Philonem Kmitam Smolenſci Palatinum, qui regnante Sigismundo Auguſto, non impigrè*

Sulikowſki in Cõment: Rerũ: Polon: fol: 125.

Starowolſki in Bellat: Sarmat:

ope-

operam ſuam bellis Moſchoviticis Nicolao Radivilio copiarum Duce præſtiterat; Civiliumq; rerum ſcientiſſimus erat, naturâ & inſtitutione factus ad gerendam Rempublicam. Igitur in Senatum cooptatus, non ſolùm ex prima Nobilitate, ſed & virum ſe eſſe demonſtrabat: nam & proceritas corporis, & honor capitis, & dignitas oris, longè latèq; purpuratum oſtentabant. Qui loquebatur etiam ita elato, ab ingenti Virtutum ſuarum fiduciâ, animo; ut nullum ferox verbum excideret, ingensq; omnibus, quæ ageret, cùm decor ineſſet, tum fides. Is igitur exorto denuò contra Moſchovitas, ſub Stephano Rege, bello, diverſas hoſtium provincias, ſecundis populationibus pervaſtavit, ad Starodubum præſertim & Novogardiam, ubi & arces munitiſſimas Pocopoviam videlicet, Chelmam, & Ruſſam, fortiter expugnavit. Cùmq; ſemel in agrum Smolenſcenſem, cum mille ſeptingentis levioris armaturæ equitibus, quos vulgò Coſacos dicimus, excurriſſet; offenſis decem millibq; hoſtium, qui in Litvaniam prædandi cauſâ ibant, nonies acie cum illis decertavit, & multis ex eis occiſis, captiſq; nonnullis præſtantioribus, paucis ſuis deſideratis, Orſam ſe retulit, & Aquilam captam, Regi Stephano Victoriæ teſtem Varſaviam miſit, totoq; bello Moſchovitico cum ſuis cohortibus durans, Ioanni Zamoſcio copiarum Duci operam egregiam navavit, cui ob indolem & Virtutes

hoc breve Epitàphium ſcribamus. Claudit hoc ſaxum, Viator, Clariſſimum Senatûs Sarmatici Virum, Philonem Kmitam Palatinum Smolenſcenſem: animi magnitudine, armorum peritiâ, antiquis Ducibus æquandum. Qui multos per annos apud Sigismundum Auguſtum, & Stephanum Battoreum, inclytos Poloniæ Reges, ſecundâ famâ militabat; inſignem de Moſchis in agro Smolenſcenſi, exigua ſuorum manu, victoriam reportaverat, quam nulla unquam ætas tacebit, abi, & Manibus defuncti, quietem apprecare. Hæc Starowolſcius in encomium Philonis Kmita Palatini Smolenſcenſium, qui Sophiam Pauli SAPIEHÆ Palatini Novogrodenſis Filiam Conjugio ſibi aſſociaverat. Kojałowicz hujus Philonis Kmitæ Conſortem ponit, Filiam Ducis Andreæ Kapuſta. Verùm in Codnenſibus Monumentis, hanc Sophian SAPIEZANKA ei in matrimonium elocatam reperio. Et licèt Filia ejusdem Palatini Smolenſcenſis Philonis Kmitæ, Lucæ SAPIEHA Comiti in Czarnobyl (qui Comitatus è Domo Kmitarum in Domum SAPIEHANAM illatus eſt) data in Conjugem, ab Autoribus ferè omnibus SAPIEHANÆ Genealogiæ recenſetur; id interim per Diſpenſationis conceſſionem factum puto, quòd è SAPIEZANKA progenita Filia, ceſſerit Lucæ SAPIEHÆ in Conſortem, quæ diſpenſationis gratia

ex eo obtineri potuit, quòd in tertio gradu Lucas SAPIEHA, cum Conſorte ſua, è Kmitarum Domo ſatâ, fuerat. Paulus verò SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis, hâc inſigni prole beatus, Meritis in patriam celebratiſſimus, poſtquam Codnæ tres fundâſſet Parochias, plenus dierum, & propè centenarius Heros, exuvias Corporis ſui ibidem depoſuit. Woyſznarowicz tale illius refert encomium.

I

Dictus *Protectio Litvaniæ.*

Nec malè Litvanæ dictus protectio Gentis,
Cæſaris è dono, porrigit ille manum.

II.

Ad arma Familiæ, à Maximiliano Imperatore Loricatâ manu donatus.

Quid manus armipotens Pauli præſtabit, in oris
Dic Litvane tuis? protegit, & cumulat.

III.

Labitur heu Patria! heu cunctos præcordia ſtringunt!
Suſtinet & Gentem, & cor fovet iſte manu.

IV.

Magna SAPIEHARUM Capitis, quis dona referret?
In manibus quando ſemper acumen habent.

V.

Loricata manus Pennatam ferre Sagittam

Vult,

Vult, non tangit, ſed pervolat omne ſolum.

VI.

Dicite, quòd rediit nobis propè Neſtoris ætas.
Vicenas Paulus vixit Olympiades.

VII.

Centaurum Armis Domûs ſuæ adlegit.

Aſpice, Centauri ceu forma bicorporis ardet,
Hinc hominis ſpecies, inde videtur equi.

Hoc Holſzanenſis Gens SAPIEHANA, Ducatûs Heres factaı olim, nobile ſtemma tulit.

Crede orbis! ſunt naturæ miracula cuncti
SAPIEHÆ,, quivis Prodigioſus homo.

Inter monumenıta Codnenſia, hoc illi elogium fertur.

D. O. M.

PAVLO IVANIDÆ SOPIHA.

Enſifero, Litvaniæ Mareſchallo, pòſt Palatino Novogrodenſi, Braclavienſi, Rzeczycenſi Capitaneo, ſtrenuo pro Livonia contra Moſchos Bellatori. Ædis unito-Græcæ muratæ Fundatori, & hujus Romanæ in Fundatione Primati, nativo Ducum Litvaniæ ſurculo, magno Senatûs (ut vocabatur) ornamento, Ivani Simonidæ in Kodeń, Wiſznice, Bocki, Druja, Pohoſt, Ikaźń, Heredis, ex Chodkievicia, Filio Primogenito dilecto.

Friderici Fedorii, Michâélis Nicolai, Petri, trium

Fra-

Fratrum, & Dobrochnæ Comitiſſæ de Tenczyn Palatinæ Sandomirienſis Germano, primò Ducis Lithvaniæ, Holſzanenſis, ſecundo thoro Alexandræ Chodkieviciæ, Marito, claræ Sobolis Parenti, Sophiæ Filonis Kmita, & Marinæ Korſak conjugum, Bogdani Minſcenſis Palatini, Andreæ Polocenſis, pòſt Smolenſcenſis Palatini; Rumborgenſis Capitanei, Belli Ducis Fortunatiſſimi Alexandri Caſtellani & Nicolai Palatini Vitebſcenſis, Legati Magni in Moſchoviam & Germaniam, ab Imperatore aureo vellere donati, à quo Ivani Poſteri Codnenſes SAPIEHÆ S. R. I. Comites ſunt creati, ac in majus Cæſarei favoris pignus, Privilegio teſte, Arma manûs loricatæ ſagittâ transfixæ, quibus utuntur, obtinuêre, Æternitatem ingreſſo ætatis ſuæ 99. Hoc monumentum poſuit Poſteritas.

ANDREAS SAPIEHA Palatinus Smolenſcenſis, Filiꝰ Pauli Palatini Novogrodenſis.

Variis hic titulis, inter annales celebratiſſimus legitur: Fuit enim primùm Palatinus Vendenſis (Starowolſcio Novogrodenſis) tum Polocenſis, tandem Smolenſcenſis, & Dux Exercituum. Præfecturas inſu-

inſuper, Rzeczycenſem, Rumborgenſem, ſibi collatas habuit. De hoc ita Okolſki: *Andreas filius Palatini Novogrodenſis viginti 4tuor. millia Mojchorũ cũ Tartaris devicit, ut deſcribit pulchro ordine Paprocki. Ex Dębińſka Caſtellani Chęcinenſis Filia, & Nepte Caſtellani Cracovienſis, ſuſcepit tres filias, Annam Alexandram, Marinam.* In aliis verò Authoribus etiam Filium illius Staniſlaum ex eadem Conſorte ſuſceptum lego.. Primo voto Andreas SAPIEHA habuit Conſortem Annam Principem Czartoriſciam Palatini Wolhymiæ Filiam, ex eaq; nullam prolem habens, cum altera felicior extitit. Filiæ ejus in hanc ivêre maritalem ſortem: Anna Laſoccio Caſtellano Czerſcenſi,, Marina, ſeu Marianna Jaſieńſcio Caſtellano Łęczycienſi & Theſaurario Regni. Alexandra Tryznæ, Mareſchallo Słonimenſi (qui noluit acceptare Caſtellani Smolenſcenſis Officia, duorũq; Theſaurariorum Magni Ducatûs Litvaniæ, Parens fuerat) in maritale connubiũ extraditæ. Andreas verò SAPIEHA Progenitor illarum honoratiſſimus, inter primos Collegii Lublinenſis Patrum Societatis Benefactores poſitus, gloriam SAPIEHANAM, Munificentiâ ſuâ, etiam in Religioſas Familias, liberalem fecit. A Starowolſcio inter Bellatores Sarmatiæ hoc Elogio (ſub titulo Palatini Polocenſis, quem

Okolſki tom: 2. fol: 149.

Paprocki ſub armis Sapieh.

eti-

etiam ante Smolenſcenſes faſces geſſerat) honoratur: *Andreas SAPIEHA par & idoneus peragendis haud exigui momenti negotiis, Novogrodenſis primùm, deinde Polocenſis Palatinus, ob ingenii promptitudinem ac dexteritatem, à Sigismundo Auguſto in Senatum cooptatus. Hunc Nicolaus Radivilius Copiarum Lituaniæ Summus Præfectus, principio gubernationis, in ſubſidium Regiminis, bonum militiæ Socium, victoriis clarum, Scientiâ præſtantem, Tribuni dignitate decoravit. A quo legatus in Livoniam, Stephani Regis temporibus, miſſus, viginti quatuor Moſchorum millia, cùm Matthia Dembinio ad Vendam, vix quatuor millibus ſuorum profligavit, duos$\frac{2}{3}$ illorum Palatinos, (cùm alii duo profugiſſent) captos ad Regem deduxit. Signa omnia militaria, & tormenta bellica, currus$\frac{2}{3}$ infinitos, cum opima præda accepit. Quem priſcum ad morem diſciplinam Caſtrenſem ſervantem, paciſq$\frac{2}{3}$ artibus optimum ſemper, hoc brevi Elogio cohoneſtemus: Andreas SAPIEHA Palatinus Polocenſis, ob eximias ingenii, Iudicii, doctrinæ$\frac{2}{3}$ dotes, plurimi æſtimatus, profligatis in Livonia XXIV Moſchorum millibus, æternum, parem$\frac{2}{3}$ Virtutibus Suis locum, inter Heroas promeruit, exactis$\frac{2}{3}$ LXX circiter ætatis ſuæ annis, plenus honorum, vitâ exceſſit. Anno MDCXIV.*

Starowolſki Inter Bell: Sarmat: Elog: 110.

BO-

BOGDANUS SAPIEHA Palatinus Minſcenſis, Filius PAULI SAPIEHA Palatini Novogrodenſis.

Ex Holſzanenſi Principe, quam in Conjugales manubias ſibi elegerat PAULUS SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis; Filius ejus BOGDANUS SAPIEHA prodiit, variis titulis, jam Caſtellani Breſtianenſis, jam Minſcenſis, jam Breſtianenſis Palatini, ab Authoribus expreſſius ex eo fortè, quòd à Caſtellani Officio, ad varia per gradus aſcenderit ſubſellia. Non incongruum quippe eſt, variato ſplendere nitore; & ſolis in ſe exprimere decorem, qui jam rubeam Auroræ purpuran indutus, jam Majeſtuoſior Meridiantis Chlamydis ſuccinctus obryzo, imò inſuper atros aſſumens vultus, ad horridiores nubium fragores, fulmineis ſuccinctus telis, Aſtris & Polo, imperia ponit. Æmula Cælorum ſideri terreſtria Luminaria, una honoris luce non irradiant, verùm mutatis in ampliorem ſpeciem decoribus, dum variant dignitatum faſtigia, in augem ſublimioris ſortis prodeunt, quâ ſerenati, ad permixtos, nec eadem ſemper ſerie currentes honores, pulchrè patrium illuminant or-

bem.

bem. Itaq; Bodganus SAPIEHA primùm Caſtellanus Breſtianenſis, expòſt Palatinus Minſcenſis (à nonnullis verò, etiam Breſtianenſis Palatinus memoratur) pulchro ordine,& debito ſuis meritis progreſſu, ſublimes capeſſivit faſces. Præmiârunt Superi his collatis honorum ſtipendiis liberalem illius in Religioſas perſonas manum, quam extentam gratiis, non coarctatam tenaciori Genio gerens, Religioſos è Familia Divi Baſilii Bogdanoviæ fundaverat, perpetuiſq; reditibus inſtruxerat. Ad tales honores, & Munificentiæ ſuæ laudes, illud ſibi adjunxerat encomium, quod è præcelſa ac Ducali Pereoſlavienſiũ Procerum Familia, parem ſibi aſſociaverit Conſortem. Filia hæc Andreæ Ducis dicti Kapuſta, Caſtellani Braclavienſis, qui in prilegio Incorporationis Livoniæ ad Litvaniam Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo legitur: Soror Ducis Timothei Kapuſta Capitanei Owrucenſis fuerat; ex eaq; æqualem ſibi prolem nactus, Nicolaum, & Paulum Stephanum, hunc Pro-Cancellarium Magni Ducatûs Litvaniæ; illum Palatinum Novogrodenſem, & Bielſcenſem Præfectum, ac Andream Homelenſem. Æquali pariter per alium ſexum beatitudine clarus extitit. Inter Filias ejus, hæ celebres memorantur Heroinæ: Babara Wołłovicio Konavienſi, Sophia Hayko-

vio Woſiołovienſi, Capitaneis, expòſt Paccio Succamerario Breſtianenſi, Anna Tryznæ Mareſchallo Słonimenſi, extraditæ. Hìc in annexas SAPIEHANO nomini Familias, quæ nunc ſunt poſitæ liceat nonnihil excurrere. Et quidem pervetus Tryznarum & Wołłoviciorum Familia jam alibi brevibus recenſita, pluribus enim celebratiſſimas has Familias colere, non eſt hujus narrationis & paginæ. Non eſt interim fas, hìc præterire Euſtachium Wołłowicz, unum ex honoratiſſimis *Wołłoviciorum* Proceribus, cujus breve encomium poonere, aſſociata hujus Magni Nominis cum SAPIIEHANO honore efficit ſublimitas. Euſtachius Wołłowicz Senator à Republica ex omnium ſententia abſolutiſſimus; hæc officia habuit: Cuſtos Vilnenſis, Præpoſitus Trocenſis, Referendarius & Notarius, mox Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, Abbas Lubienenſis, Epiſcopus Viln! Expetitus fuerat à Polonis ad Archi-Epiſcopatum Gneſnenſem, niſi Lex Nationalis obſtitiſſet. Obiit à Sigismundo tertio Legationem ad Rokoſzanos ſub Andrzejovia. Ad Ducem Florentiæ. Ad Paulum V. Pontificem Maximum. Morum ſvavitate, admirabili eloquentiâ, Virorum doctorum amore, pietatis Chriſtianæ perfectione, apud omnes celebratiſſimus. Mortuus Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo tri-

gefimo. Mortem ejus Piaſecki memorans, vocat eum *Litvanici Nominis decus.* Sacellum elegans in Cathedra excitavit, & reditibus dotavit, ubi exuvias corporis ſui depoſuit. Eccleſiam Cathedralem Reliquiis Sanctorum Euſtachii & Benonis ornavit. Apud Clerum effecit in Synodo; ut Sancti Ignatij Societatis JESU Fundatoris feſtum reciperet ſub ritu duplici. Virtutum ſingularium, Virginitatis intaminatæ à nativitate ad punctum mortis. In ſingulas Hebdomadas ſemel ferreâ ſe catenulâ caſtigabat. In ſingulos annos ab omnium converſatione ſejunctus, conſcientiæ rationes per aliquot dies inſpiciebat. Pauperũ pedes die Cænæ Domini lavabat. Horas Canonicas genu flexus recitabat. Hæc de tanto pientiſſimo Senatore Kojałowicz. Plura verò de eodem leguntur in Concione habita per Patrem Jacobum Olſzewſki Soc: JESU Sacræ Theol: Doctorem. Mihi verò hìc apponere ejus breve encomium conceſſit affinis SAPIEHANI Nominis cum *Wołłovicîano* nexus, quæ magna ſibi colligata decora, mutuos in ſe derivant, & àſe invicem participant Honores. Quanquam nec Haykorum prætereunda Familia, quæ SAPIEHANÆ Gloriæ, per Filiam Bogdani SAPIEHA Palatini Mſciſlavienſis Haykovio Capitaneo Woſiołovienſi extraditam, annexa eſt. Hæc quippe

pe proſapia præcedaneis temporibus celebris & Antiqua in Litvania, non paucos è ſua gente Heroas & Dynaſtas protulit. Inter quos Joannes Hayko, Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ, obitis legationibus in Moſchoviam celebris, Idem Capitaneus Kraſnoſielenſis, & Ucianenſis. Alter Hayko vir optimè de Republica meritus legitur, isq; fuit Joannes Hayko, uti patet ex Privilegio Incorporationis Livoniæ in Litvaniam dato: Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimœ ſeptimo. Aliiq; Heròés ejusdem Familiæ permultti in Authoribus aſſeruntur, ut certũ ſit, quemcumq; SAPIEHANÆ Familiæ, per affinitatis legem æggregatum legeris; aut Magnum Dynaſtum, aut Principem, & è ſublimi ſatum eſſe Prædeceſſorum ſerie intelligas. *Paprocki fol: 675.*

PAULUS STEPHANUS SAPIEHA Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, Filius Bogdani Palatini Minſcenſis.

Devoluto Holſzanenſi Ducatu in Domum SAPIEHANAM; Paulus Stephanus SAPIEHA Dominus in Holſzany,& Heres factus, multis Præfecturis, & Vice-Cancellarii Magni Ducatûs Litvaniæ honore,

nomen ſuum

Okolski Orb: Pol: tom: 2. fol: 150.

ſuum ampliavit. De quo Okolſki. *Paulus SAPIEHA in Holſzany Dominus, Vice-Cancellarius M. D. L. Oſmianenſis, Homelſcenſis, Camenecenſis, Gieranonenſis, Siemienſcenſis, Præfectus. Hinc & tantis titulis, quantus Vir, meritis, & qualis autoritate fuerit; facilè conjiciendum venit. Cum Sereniſſimo Rege Vladiſlao IV. Magnum deduxit ad Smolenſcum exercitum, & præſens impetum munitioni Dani, in conſpectu Regis detulit; atq; fortiter invaſit, biq; Filiis ex Fratre, Thomæ & Paulo occaſio bene de Patria merendi non modica fuit.* Ante Pro-Cancellarii honores, Præfectus ſtabuli Magni Ducatûs Litvaniæ circa Annum Domini milleſimum quingenteſimum nonagelimum Octavum fuit. Holſzanis verò, tanquam pleno Dominii jure, illius territorii heres; Religioſos Sancti Franciſci Conventuales fundavit, & perpetuis reditibus hanc fundationem dotavit. Abſq; prole Maſcula decendens, tres reliquit Filias. Catharinam, quæ inter Moniales Divi Baſilii, Tellam, quæ in Partheno-poli Sancti Franciſci, Deo ſe dedicârunt, & Chriſtinâ Chodkiewicio Vice-Dapifero Magni Ducatûs Litvaniæ elocatam: Ipſe verò Paulus Stephanus SAPIEHA Pro-Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ quatuor iteravit connubia, primum cùm Regina Chalecka Supremi Theſaurarii Magni Ducatûs Litvaniæ Soro-

Sorore, Alterum cum Catharina Goſlavia Capitanei Będzinenſis Filia, tertium cum Eliſabetha de Comitibus Weſeliny Palatinide Hungariæ Regni: Quartum demùm cum Sophia Daniłowicia Supremi Theſaurarii Regni Filia. Et quia annexos & Colligatos SAPIEHANÆ celſitudini etiam aliarum Familiarum honores, in hoc Opere attingimus; etiam ſociata Paulo Stephano SAPIEHÆ nomina, brevi proſeqvemur encomio. Chalecciorum Illuſtris Familia, nonnullos è ſua ſtirpe in Litvania, alios in Regno numerat:: ſcribuntur de Chalec, arma præferentes *Habdanik*, ſeu Habdaniec cũ adjecto telo. Inter Prædeceſſores hujus Proſapiæ Gregorius Chalecki præcipuæ Sanctitatis Metropolita Kijovienſis memoratur, in quo officio triginta annis ſanctè exactis, toto vitæ ſtæ tempore Ruſſiam Regi Poloniæ & M. D. L. ſubjectam, in obſequio Sedis Apoſtolicæ continuit. Frater verò Conſortis Pauli Stephani SAPIEHA Demetrius Chalecki primùm Enſifer Magni Ducatûs Litvaniæ, expoſt Supremus Theſaurarius, Legatione à Statibus Litvaniæ ad Sigismundum Tertium, contra jura Litvaniæ inſciis Senatoribus Coronatum, & Cõmiſſionibus obitis celebris. Plures ex hac ſtirpe leguntur Proceres, uti Chriſtophorus Palatinus Novogrodenſis, Vladiſlaus

Cha-

Chalecki, qui Duce Paulo SAPIEHA multis locis fortiter rem geſſit, Caſtrorum Metator Magni Ducatûs Litvaniæ; & alii non pauci: ex hoc etiam glorioſi, quòd Victorioſo SAPIEHARUM Honori, ſuum per affinitatis leges aſſociaverint Nomen. Okolſki hanc ſtirpem ponit, ſub armis *Schalec*, meminitq́; Heroum hujus gentis, de quibus etiam alii ſcripsêre Authores. Gollawſcii, quorum pariter honor SAPIEHANÆ annexus gloriæ, antiquitùs Kiełbaſii cognominati. Adducit ejus nominis Epiſcopum Chełmenſem Cromerus, ac alios ejusdem Familiæ. Daniłowicciorum etiam celeberrima per Litvaniam & Poloniam Familia, Magnos Proceres, ac Dynaſtas, ſublimiq́; affinitate ac Colligatione præclaros Magnates protulit. In Regno Poloniæ Herôes illius utuntur armis Sas, in Magno Ducatu Litvaniæ ſttemmate Rola. Weſeliny Palatinum in Regno Hungariæ Nomen, in Poloniam translatum cum Stephano Bathoreo legitur. Inter Aulicos enim Primores ejus Principis erat ſtrenuus miles, atq́; in Hungaria bene poſſeſſionatus, Weſeliny nomen ferens, qui unà cum Electo Rege Stephano, in Poloniam venit, cum ſuis nobilitatis inſigniis (quæ ſunt Canis Marinus cum Cauda bifurcata, tenens truncũ arboris, & infra piſcis, diciturq́;

Bielſcius fol: 491. Anno 1500.

Cromerus l. 29. & l. 16. fol: 269. col: 1mo.

Okolſki. tom: 3. fol: 198. Idẽ tom: 2. fol: 286.

hoc

hoc inſigne Weſeliny) Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto. Hic cùm ab adoleſcentia redcidiſſet obſequia multa cum diligentia Palatino Tranſylvaniæ in Regno Hungariæ, plurima quoq́; meruit ab eodem, dum aſſumptus Rex fuiſſet Polonorum: atq́: poſt deceſſum Gaſpari Bekiez, Indigena Regni adſcitus, Præfecturam arcis Lanckoronæ obtinuit, Viduam demortui Bekiez Regiâ benevolentiâ in conſortem aſſumens: acquiſierat etiam caſtrum Dębno à Dębińſciis poſteris relictis. Præcelſis INominibus Paulus Stephanus SAPIEHA inter cœnſortia, & ſuo Officio præfulgens, poſt ſociatos affinitatis nexus, nodum mortalitatis innexuit, præcidlitq́; ſtamen vitæ, antequam maſculam ſpectaret *prolem, quâ* gaudere non conceſſerunt Superi.

ANDREAS SAPIEHA Capitaneus Homelenſis, Bielſcenſis &c: Filius Bogdani SAPIEHA Palatini Minſcenſis.

Pulchro fœdere ſublimes honores, & Religio, ſociantur. Parumq́; abeſt à celſitudine nominis præcelſa virtus, ut planè illa ſola Majeſtatem & gloriam

am Dynaſtis addat, dignitatem attollat, meritum & non vile encomium ampliet. Celſo ſatus Nomine Andreas SAPIEHA Capitaneus Homelenſis, huic ſublimitati Natalium pereximium devotionis decus addidit, cujus encomiis hucusq; Boćkovienſe Templum reſonat, in quo Roſarii Fundationem, cultor hujus Sacratiſſimæ Florentiæ poſuit. Fundatricem hanc gratiam multiplici D. O. M. præmiavit Benedictione. Præter enim honores Præfecturarum, Homelenſis, Bielſcenſis, Hanſcenſis; Lectiſſimam illi dedit Conjugem Eliſabetham Principem Radiviliam, Staniſlai Radziwiłł Ducis in Ołyka, primùm Mareſchalli M. D. L. demum Capitanei Samogitiæ, Filiam; Sororẽ Commendatiſſimi zelo & Religione Principis Alberti Staniſlai Radziwiłł Cancellarii Magni Ducatûs Litvaniæ, Fundatoris Collegii Pinſcenſis, ex qua Andreas SAPIEHA unicam reliquit filiam Eleonoram Szyſzkovio Præfecto Skłovienſi in Maritales Manubias extraditam.

NICOLAUS SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis, Filiꝰ Bogdani SAPIEHA Palatini Minſcenſis.

Per

Per faſces SAPIEHANÆ celſitudinis *numerantur Avi, ſemperq̃, renatâ nobilitate virent, & uno* per fatorum excidium *avulſo, non deficit alter Honorius*, qui Patrum faſcibus adornatam gloriam, æqualis meritis & honoribus in ſe geſtet. Nicolaus SAPIEHA (á Kojałowicz etiam Chriſtophorus dictus) Bogdanum Palatinum Minſcenſem Progenitorẽ ſuũ ad faſces ſequens, honorẽ Patris, Filiꝰ dignitatibꝰ & celſitudine ſua coronavit. Primò ille Succamerarius Grodnenſis ad Annum Chriſti milleſimũ quingenteſimum Octogeſimum octavum inter Legatos Litvaniæ ad Sigismundum tertium legitur, tum Mſciſlavienſis, dein Novogrodenſis, Palatinus. Inter belli negotia, quæ ad Annum Milleſimum ſexcenteſimum vigeſimun primum inter Svecum & Poloniarum Regem interceſſerant, Commiſſarius ad tractandum de pace, à Statibus Regni & Litvaniæ electus; pro dignitate ſuæ Gentis, & pro more SAPIEHANO, abundè officium ſuum adimpleviſſe, facilè evinci poteſt. Idem Anno Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto, Judex Tribunalis Fiſci perhibetur. Iterata connubia ſuſcepit, primum cum Boglevia Palatini Maſoviæ Filia, Alterum cum Regina Montwidowna Dorohoſtayſka Palatinide Polocenſi, cujus præcelſa & Ducalis Familia alibi at-

Kojał: in mm: ss.

tacta est, & Boglewsciorum etiam antiquum nomen ab Okolski ponitur sub armis Jelita. Proles ejus hæc fuerat. Thomas primùm Vendensis, dein Novogrodensis, Palatinus, qui ex Illustri in Litvania Familia Chreptoviciorum *Litawor* dictorum, (alii siquidem Chreptowicii Boharyńscii in Volhynia ejusdem Originis cum Litaworis sunt) Susannam Palatini Novogrodensis Filiam, in Sociam connubiorum assumpserat, quæ in Progenitoribus suis præcelsum nomen gerens, habuit è sua stirpe Litawor Chreptovicium Magni Ducatûs Litvaniæ Mareschallum; qui Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, Alexandrum Regem, in Magnum Ducem Litvaniæ Vilnæ publicè inauguravit, porrecto ense, & scipione. Aliosq; non paucos proceres Litvaniæ hæc Consors Thomæ SAPIEHA Susanna Chreptovicia è suâ Gente numeravit. Inter quos præcelsum Progenitorem suum Georgium Chreptowicz, primò Smolenscensem, mox Samogitiæ Castellanum, tum Mscislaviensem, ac deniq; Novogrodensem, Palatinũ, Fundatorem Dominicanorũ Vilnæ ad Ædes S. Jacobi Anno Millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.

Okolski tom: 1. stem: Jelita.

Ex hac consorte sua Thomas SAPIEHA nullam suscepit prolem.

PAU-

PAULUS SAPIEHA Capitaneus Zyżmorensis, alter Nicolai SAPIEHA Palatini Novogrodensis Filius, absq; prole, quia & absq; Consorte, legitur.

CASIMIRUS SAPIEHA Capitaneus Nemonoicensis, Filius pariter Nicolai SAPIEHA Palatini Novogrodensis, ex Catharina Woynianka Supremi Thesaurarii Magni Ducatûs Litv: Filia, duas protulit Filias, Barbaram Wollowicio Præfecto Dapiferorum Magni Ducatûs Litvaniæ, & Annam Leśnowolscio Præfecto Branscensi, dein Paryssio Castellano Lublinensi, emancipatas. Woynarum prosapia, quæ SAPIEHANÆ Sublimitati in Consorte Casimiri SAPIEHA Capitanei Nemonoicensis est associata, in varia stemmata, & Domos est divisa, dicuntur enim Woyna *Kierdey*, Woyna *Hreczyna*, Woyna *Orańśki*, Woyna *Iasieniecki*: Hreczynii utuntur armis *Trąbki* uti & Kierdeii. Jasieniecci præferunt tria tela Catapultæ, Oramscii *Strzeloniam*, seu *Koscieszam*, Præcelsæ hæ omnes Familiæ, (sed præcipuè Woynarum, qui *Trąbki* insigne ha-

bent

bent) Senatores ac Proceres è gente ſua protulêre. Epiſcopos ſcilicet Vilnenſes duos, Theſaurarios, alioſq; præcipuæ dignitatis Senatores ac Miniſtros Magni Ducatûs Litvaniæ permultos. Originem ſuam hanc referunt. Quando Severia ad Moſchum defecit, deſertis ibi ampliſſimis poſſeſſionibus, in Litvaniam tranſierunt, ne Principi debitam fidem, nempe Magno Duci Litvaniæ, frangerent. Deſcendit hæc Domus juxta aliquos á Ducibus Ruſſiæ dictis *Zahmilińſki*, juxta alios à Ducibus *Ilhoviciis*. Primores hujus Domûs amplas ditiones habuerunt inter Pripecium, & Pinam, fluvios, à Tyranno Ruſſiæ Batejo Scytha ſibi attributas. Leśnowolſciorum Familia, pariter per Filiam Caſimiri SAPIEHA, affinis SAPIEHANO Sangvini ab Okolſki tum ſub armis *Columna*, tum ſub *Roch* poſita, Præcelſos Proceres inaratos inibi profert: Paryſſiorum etiã præcelſum nomen in eodem Autore ſub Armis *Prawdzic* legitur, nec paucos ſuæ gentis profert Senatores. At Wołłoviciorum alibi recenſita eſt gloria.

Okolſki tom: 1. fol: 120. & tom: 2. fol: 510. & tom: 3. fol: 617.

Præter hanc maſculam prolem Nicolaus SAPIEHA Palatinus Novogrodenſis duas Filias ſuperûm Benedictione accepit. Helenam, quæ Woynæ Capitaneo Pienianenſi, & Tyſzkieviciam, quæ Palatino

no Breſtianenſi *in* Conſortẽ data eſt. Et quia Tyſzkieviciorum nondum ex preſſus honor, hìc calamum in ſui æſtimationem abripit. Tyſzkieviciorum antiqua & Illuſtris Domus, utitur Armis *Lelina*, initia ſua referendo ad Calinicum. Calinicus ſcilicet Myſzkowicz Swidrigieylonis & Volodimiri Ducis Kijoviæ tempore, Inter Primores Ducatûs Kijovienſis, Primus, & Mareſchallus; Capitaneus Putiwlenſis & Zwinigrodenſis, inter cæteros Filios, etiam Ducem Exercituum Ducatûs Kijovienſis Thimotheum protulit, à quo Præclariſſima Tyſzkieviciorum (qui etiã Skumimii dicuntur) Familia prodiit. Plurimis Senatorum ſubſelliis, variis Miniſteriis, & Officiis Miniſtrorum Magni Ducatûs Litvaniæ adornata, ad præſens uſq; *ſæculum* legitur: Cujus præcelſos Proceres ſi numerare deberemus, non unius paginæ & *folii* id eſſet. Inarati illi longo ordine in Okolſki, & aliis Authoribus leguntur; mihi brevem hujus vetuſtiſſimæ Familiæ ſeriem narranti, SAPIEHANUS in cultum iterum recurrit honor: Qui in linea à Paulo SAPIEHA Palatino Novogrodenſi, per Filios duos, Bogdanum Minſcenſem, & Andream Palatinum Smolenſcenſem deſcendente, ad Noſtra non pervenit tempora. Andreas enim Palatinus Smolenſceſinium ipſe, Bogdanus verò in Ne-

Okolſki tom: 2. fol: 93.

potibus absq; masculà prole decessit. In Nicolao verò SAPIEHA Palatino Vitebscensi, Joannis Friderici Castellani Trocensis Abavo, Vladislai Palatini Brestianensis nunc glorioscè superstitum Proavo in nostram devolutus ætatem, hic honor pulchrum ordinem, & præclaram seriem Procerum SAPIEHARUM repræsentat. Hinc venio ad Nicolaum SAPIEHAM Palatinum Vitebscensem Filium Pauli Palatini Novogrodensis, tertium in Kodeń Heredem.

NICOLAUS SAPIEHA dictus *Gentis decus*, tertius Heres in Codeń, & primus Comes S.R. I. Palatinus Vitebscensis. Filius Pauli Palatini Novogrodensis.

SAPIEHANUS Honor, velut Astrorum Principis succensum Ostrum à Purpureo fascium & Laticlaviorum diluculo, in augem Titulorum, & meridiantem gloriâ procedit Majestatem. Serenatum pulchro honorum sidere diem SAPIEHANÆ celsitudinis jam spectavimus; postquam per fasces, & subsellia, per clavas & laticlavia provectum hujus

Familiæ

Familiæ nomen videmus, nunc jam sublimiùs provectam ipsam spectare licet celsitudinem. Hoc quippe decus SAPIEHANI Honoris, quod inter purpuras Procerum Majestuoscè resplenduit, jam in perennem splendorem, efformatum, Comitum Titulum SAPIEHANÆ addidit sublimitati. Scilicet Nicolaus SAPIEHA, à præcelsis meritis, & pulchris in rem Patriæ, illisq; Heroicis factis *Gentis decus* dictus; postquam per legitimam patriarum possessionum occupationem tertius in Kodeń Dominus hæc bona obtinuisset, ab Augustissimo Imperatore Maximiliano secundo, ad quem à Sigismundo Augusto Poloniarum Monarchâ cum potestate Legati missus fuerat, Comes Sacri Romani Imperii creatus, hunc honorem in posteros *suos* derivavit. Magno cum encomio Legatio hæc gentis patriæ peracta esse vel hinc asseritur, quòd Nicolaus SAPIEHA non uno Titulo, à Præmiatore meritorum Augustissimo Imperatore cumulatus *redierit*. Præter enim Comitis Titulos, etiam aurei velleris eques renunciatus, Patrum, & Familiæ suæ Procerum passibus ad gloriam processit, qui Heròés celebratissimi, Equites variatis decoribus, per collatos sibi Heroum honores, æstimati sunt. Kojałowicz sub hoc Nicolao SAPIEHA Palatino Vitebscensi ait, quòd ad illius tempora Il-

lustrissimi SAPIEHÆ in Kodeń, acceperint ab Imperatore Romano auctionem stemmatis, quatenus præter Lis deferunt brachiũ armatũ sagittâ transfixũ: verùm hoc insigne collatum Paulo SAPIEHÆ Palatino Novogrodensi Progenitori hujus Nicolai, suprà narravimus. Nicolaus SAPIEHA, de qvo in præsens agimus, præter prædictos honores; etiam collatas sibi Præfecturas Vielizensem & Surażensem obtinuit. Processit hic Regum favor, à speciali gratia, quâ tum apud Sigismundum Augustum, tum apud Stephanum Bathoreum æstimabatur Nicolaus SAPIEHA Palatinus Vitebscensis. Hinc Privilegium Nundinarum in Codnensi Urbe aliquot in Annum recursibus celebrandarum gratiosè à Stephano Rege Grodnæ, Anno Christi Millesimo quingentesimo octogesimo secundo, die vigesima quinta Novembris obtinuit, obtentumq́; eidem urbi ad normam præcipuorum municipiorum in perpetuum tradidit. Quantis verò Sigismundus Augustus Poloniarum Monarcha affectibus illum complexus sit, abundè colligere licet ex Privilegio Confirmationis Tituli Comitum S. R. I. & in Kodeń, Nicolao huic SAPIEHA Palatino Vitebscensi ejusq́; posteris collato, in quo præcelsas laudes Domûs SAPIEHANÆ, Originem ac honores ejus Procerum quisq́;

legat,

legat, ille potissimum, qui ignorat quanta sint Origine nati, quibusve meritis in Patria, sublimitate inter subsellia; dignitate nominis inter veterrima Familiæ suæ initia, Illustrissimi SAPIEHÆ enituerint. Appono hoc privilegium, ut proponam in illo, orbi Magnitudinem SAPIEHANI Nominis.

SIGISMUNDUS AUGUSTUS DEI Gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Litvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæq́; &c. Dominus & Heres.

Significamus *præsentibus Literis*, quorum in-„
teresse Universi & singulis, præsentibus & futuris „
horum notitiam habentibus, sicuti plures in Re-„
gno Nostro claras familias reperiri, ita non omnes „
æquali meritorum splendore Domui SAPIEHA-„
NÆ, comparandas, nullas genere, dignitatibus, „
& Authoritate anteferendas arbitramur. Hujus „
si origo spectanda? Sufficienti Divi olim paren „
tis & Antecessoris Nostri Sigismundi primi Privi-„
legiorum testimonio, unam cum Rożynscіis, è „
Ducibus Litvaniæ, Narimundovianæ; Si Anti-„

quitas

„ quitas? Vetuſtiſſimis coævam. Si inſignium &
„ ſtemmatum varietas? ex Originalibus ortam
„ Ducibus aſſumptis in Unione Litvaniæ, non
„ minùs inferiorem; ex acquiſitis ab exteris Prin-
„ cipibus, ubiq́; æſtimabilem. Si in Reges, Remq́;
„ publicam fidelitas? cunctorum imitat; one digniſſi-
„ mam. Si longa honorum ſeries? Emeritiſſimam
„ dignoſcimus; non indigeret profectò amplioribus
„ evehi clenodiis, ipſa ſatis ex ſe decora, ni ultro-
„ nea virtuti præmia ſe ſe non offerrent. Taceant-
„ tur non poſtrema hujus inſignis Domûs merita,
„ mercedes collatæ à nobis, & prædeceſſoribus No-
„ ſtris amplæ, præſertim in Severiæ & Smolenſciæ
„ ditionibus hereditates, Gubernia & Authorita-
„ tis Noſtræ in Provinciis dependentibus Vicariatus,
„ cæteraq́; eximiis, pacis & belli obſequiis compa-
„ rata munia & Officia. Id tantummodo, quod hoc
„ loco opportunum occurrit commemorare decet:
„ Quis, quantusq́; fuerit Paulus Ivanovicius in Ko-
„ deń, Palatinus Novogrodenſis, noſter olim in Ger-
„ mania Orator? huic Maximilianus II. Romano-
„ rum Imperator egregiarum animi dotum pretium
„ auctionem armorum ſuæ, tum Parentis Ivani o-
„ lim Simeonidæ Vitebſcenſis, poſtea Podlachiæ
„ Palatini, reliquæ poſteritati, totiq́; familiæ ſer-

vientem,

vientem, manum loricatam, in campo rubeo gra-„
tioſè contulit. Cui nos quoq́; ob res in Livonia „
præclarè geſtas ſagittam cubitum transfodientem „
vulneris præmium ſuperaddidimus, adjecimus, „
atq́; inter antiquiora SAPIEHANA arma reputa-„
vimus. Non abſimilem à Parente monſtravit in-„
dolem, Magnificus Nicolaus Imperii Romani in „
Kodeń Comes, Mareſchalcus Noſter, cùm ita di-„
latandæ nominis famæ ſtuduit, ut æquè noſtram „
ac Vicinorum Principum benevolentiam, prome-„
reretur. Expedita enim non ita pridem legatione „
Noſtra in Germaniam, quantis ibi ob ſui qualita-„
tes, & rerum agendarum, prudentiam, cumulari „
decoribus dignum ſe præbuit: Optimi Principis „
prædicti Imperatoris, ſcriptæ nobis Literæ lucu „
lenter teſtantur. Non impar meritis illius ab eodē „
oblatum fuiſſe præmium, aureum vellus, unà cum „
conceſſo toti ſuæ poſteritati, Domuiq́;, Romani „
Imperii in Kodeń Comitatûs, inſigni titulo. Vi-„
deremur fortè tantis muneribus ſuum ſubtrahe-„
re decus & robur: & tum vel maximè quando „
ipſe patrias præeminentias exoticis anteponendas, „
ratus eaſdem diſponendas, arbitrio Noſtro Regio „
magnanimiter ſubjecit, ſi agnoſcentes non illum „
ab honore, ſed honorem ab illo illuſtrari; ampli-„

„ andæ in majus gloriæ deeſſemus. Quare factâ
„ præmaturâ noſtrâ, & Conſiliariorum ad latus no-
„ ſtrum exiſtentium, deliberatione, prædictas præ-
„ rogativas more aliarum familiarum, ſimilibus ti-
„ tulis in Regno Noſtro præditarum, tanquam Po-
„ lonæ æqualitati, minimè præjudicioſas, imò intra
„ decoras, extra verò Regnum æſtimationem Pro-
„ cerum Noſtrorum referentes, rati habemus, ap-
„ probamus, Liberumq; ubiq; illarum uſum Domui
„ SAPIEHANÆ, ac prædicti Magnifici Nicolai
„ Mareſchalci Noſtri, Univerſæ poſteritati, in per-
„ petuum, pro juſta Meritorum recompenſa cle-
„ menter permittimus, ac concedimus. In cujus rei
„ fidem præſentes Literas manu Noſtra ſubſcriptas,
„ Sigillo M. D. L. Communiri mandavimus. Da-
„ tum Varſaviæ die 4. Menſis Mai, Anno Domini
„ Milleſimo, quingenteſiimo ſeptuageſimo ſecundo.
„ Regni Noſtri Anno Vigeſimo quinto. Præ-
„ ſentibus ibidem Nicolao Sieniawſki Palatino Ruſ-
„ ſiæ. Joanne de Krotoſzyn Palatino Inowlodisla-
„ vienſi. Joanne Talwoſz Caſtellano Samogitiæ. Ni-
„ colao Jazłowiecki Exercitûs Noſtri Præfecto. Mi-
„ chàéle Haraburda Notario Litvaniæ. Raphàéle
„ Leſzczyński Radziejoviense Capitaneo. Euſtachio
„ Wołłowicz. Chriſtophoro Zborowſki. Nicolao

Her-

Herbort, Staniſlao Wolſki, Andrea Taranowſki, „
Staniſlao Lanckoroński, Staniſlao Wyżga, Stani „
ſlao Niegocki, aliisq; quàm plurimis Magnificis „
ac Generoſis, cæterisq; Notariis ac Curialibus No-
ſtris, fide dignis teſtibus ad præmiſſa. Ex hoc Pri-
vilegio, aliisq; ſupra enumeratis deducitur Domum
SAPIEHANAM ſex Armorum decoribus illuſtra-
tam, juremerito in hæc tempora iisdem nomen ſu-
um & Familiam conſignare, ſcilicet, Columnâ,
Equite, Liliis, Sagitta ſeu Lis, manu Loricata, &
Hyppocentauro. Nicolaus verò SAPIEHA Palati-
nus Vitebſcenſium his Regum gratiis cumulatus,
meritis etiam im obſequium Patriæ decorus cele-
bratur. Præter enim Legationem ad Maximilianum
Secundum Imperatorem Auguſtum, cum præcel-
ſa exiſtimatione gentis ſuæ obitam, etiam ad Mo-
narchã Moſchoviæ Orator à Sigismundo Tertio Le-
gatus, cum Kriccio Palatino Mazoviæ hoc munus
non inegregiè obiit. Hic eſt qui Codnæ pretio æſti-
mando, inter eadem foſſata, ubi antiqua arx ſitua-
batur, Palatium poſuit, Eccleſiam Fundatione
auxit (cujus tranſumptum legere eſt in Walicki)
Corpora avi & Parentis ſui è Bockovienſi Eccleſia
in Codrenſem è muro poſitam Græco-Uniti Ritûs
tranſtulit, ipſeq; plenus annis & meritis Octoge-

Walicki hiſt Beat: Cod: fol: 86.

narius

narius veteranus, ad Annum Chriſti milleſimum ſexcenteſimum nonum fatorum vices obiit, Codnæ depoſitus cum tali lapidarii encomii ſtylo.

D. O. M. Lege & Luge poſteritas. In unius fato ſucciſas patriæ Fortunas. Quæ rotam etiam fregerant, ne iter aliò facere poſſent. Cecidit, ut ſtaret æternitati, Magni illiûs Æneæ, Pauli SAPIEHÆ Palatini Novogrodenſis melior Aſcanius. Magnus Ioannis Palatini Podlachiæ Nepos Nicolaus SAPIEHA. Qui ut ex Duciſſa Holſzanenſi natus, ſuam poſteritati legaret gloriam: E voto Sigismundi Tertii ad Ivanum Ducem Moſchoviæ Legatum egit. Iamq; Princeps Hymæneùs bis teſtes transmiſſæ gloriæ accenderat faces; poſtquam ſemel Polonam Amaſonem Annam Sanguſzkownam; Litvanam; deinde Lacænam Annam Wiśnoviecciam, in ſocialè fœdus aſſumpſiſſet. Et quia ſublimes animas ſublimi in ſede morari, eſt neceſſe; Ad Palatinatûs Minſcenſis, Breſtenſis, Vitebſcenſis, faſtigium, ad Capitaneatus Suravienſis, Vieliſienſis, Capitolium. Magno Scipioni Anteambulo Mareſchalis S. R. M. præivit Scipio, & niſi primùm intra fines vitæ, certè intra honorum metam, non ſtetiſſet. Tu qui legis ora pro Anima ejus; & ſimilia ſpera, cùm ſis de ſimili terra. Ex hoc poſthumo encomio Nicolai SAPIEHA Palatini Vitebſcenſis Leguntur

ejus

ejus honores, quibus inſignitus, & Maritales manubiæ, quibus fœderatus fuerat. Prima ſcilicet in votum illi Sociale venerat Anna Princeps Sanguſzkowna Koſſyrſcia, Præfecti Luceorienſis & Mareſchalli Wołhyniæ Filia: dein Anna Princeps pariter Wiſniowiecka Palatinis Volhyniæ, & quidem cum prima Celſiſſima Conſorte abſq; prole vitam egit. E Principe verò Wiſnowieccia hanc ſuſcepit: Joannem Palatinidam Vitebſcenſem. Nicolaum Caſtellanum Vilnenſem, Chriſtophorum Pocillatorem, Alexandrum Dapiſferum Magni Ducatûs Litvaniæ, Fridericum Succamerarium Volodimirienſem, & Eliſabetham Filiam; Samuelis Wołłowicz Caſtellani Novogrodenſis Connubiorum Sociam. Celſiſſimas Familias per Maritalem ſocietatem Nicolao SAPIEHA Palatino Vitebſcenſi affines recenſere, eſſet prægrandis voluminis labor, quæ Principes Domûs ac Proſapiæ, heroicis factis, ſublimi honorum ſerie faſces & Curules implentes, etiam Heroicis Procerum ſuorum actis Annales Litvaniæ & Regni replevêre. Brevi interim phraſi, ac cultu, juxta conſvetudinem hujus Libelli, etiam in his paginis aliqua Celſiſſimorum Conjugum Nicolai SAPIEHA, in Dynaſtis Domûs ſuæ, & originis ſublimitate, exprimetur gloria. Et quidem Sanguſzkorum Prin-

ceps

ceps origo, jam ad Friderici Joannis SAPIEHA Palatini Podlachiæ encomia, in Superiori folio, eſt celebrata. Hìc in Wiſniowieccianæ gloriæ campum calamo nonnihil excurrere permittitur. Sublimiſſima hæc Familia, & ad Regios faſces in Michàéle Poloniarum Rege, promota, è ſublimi procedit Ducum Litvaniæ ſtirpe. Korybutus enim Frater Jegellonis, in Baptiſmo dictus Demetrius, auctor duarum Nobiliſſimarum Familiarum, nimirum Ducum Zbaraſciorũ in Zbaraż, & Wiſniowiecciorũ in Wiſniowiec extitit. Utraq́; hæc Domus in Arma ſuæ Gentis & Familiæ, aſſumpſit Lunã cum Crucibus, habuitq́; Celebratiſſimos è ſtirpe ſua Magnates, & Regum honoratos titulis. Præter enim Michàélem Poloniarum Regem, etiam Rex Bohemiæ Sigismundus Korybut ad Annum Servatoris noſtri milleſimum quadringenteſimum vigeſimum ſecundum electus eſt, de quo annales patrii hæc narrant. Exercitu per Vitoldum ſuppeditato, æmulum ipsâ famâ adventûs Bohemiâ ejecit, Vinczoviam expugnavit, à Pragenſibus honorificè acceptus, Bohemiam totam, Moraviam, Sileſiam ſui juris fecerat. Verùm Martino Papâ per Literas ſuas (quas apud Florimundum Remundum de Origin: hæres: habes) ad Magnum Ducem Litvaniæ Alexandrum Vitoldum datas, graviſſimé anti-

annitente, ne hæreticorum patrocinium à Catholicis ſuſciperetur, Sigismundus à Vitoldo ex Bohemia eſt revocatus. Bello deinde domeſtico de Principatu inter Sigismundum Kieyſtut, & Swidrigielonem, exorto, ſecutus partes Swidrigielonis, in prælio ad Vilnam captus eſt. Multi deinde ex Præcelſſa ſtirpe Zbaraſciorum & Wiſniowiecciorum ſubſecuti poſteri faſtos & faſces Procerum ſuis heroicis Virtutibus adornavêre, quas referre, non præſentis intenti eſt. Verùm attigiſſe Celſiſſimum Nomen, jam ſummum apicem gloriæ eſt penetrâſſe, quæ in Nomine Wiſniowieccciano & Zbaraſciano ſemper apricum honoris temuit. In hac Celſitudine Honorum ad noſtra pariter tempora conſiſtunt gemina primæ Magnitudinis ſidera, *Celſiſſimi* Principes, Ianuſſi9, Palatin9 Cracovienſis, *Michàél*, Supremus Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, *Wiſnowieccii*, honoribus, & ſublimi faſtigio Progenitorum adæquantes paſſum, utinam Filiorum & Nepotum, ad emolumentum totius Lechiæ ſpectaturi ſeriem. Regia quippe *Wiſniowiecciorum* Domus, poſt terreſtres Regum Coronas, Altiores, hoc eſt Poli Laureolas expetens, cœlum petit, terraſq́; in Maſcula progenie videtur linquere, ut cæleſtis, ad manſuram *Wiſniowecciani* meriti, pari præmio reſpondeat gloria. Ex qua Cel-

situdine Principum procedens Consors Nicolai SAPIEHA Palatini Vitebscensis hæc sepulchralis Marmoris encomia tulit, quæ in Basilica Codnensi inarata leguntur. D. O. M Phœnix Principum Anna Wisniowieccia Andreæ Palatini Volhyniæ, Capitanei Luceorienſis Filia, Nicolai SAPIEHÆ Palatini Vitebscensis piissima Consors. Cujus si antiquiores scruteris Prædecessores; Ducũ gemma Olgerdus, Regum decus Jagiello, sunt Domûs Ornamento. Princeps enim de Korybuthorũ, tũ Zbarawsciorum & Porricciorum stirpe nata, Pietate in Deum singulari, Amore in Vitæ socium ineffabili. Multa spes. Hìc jam non super congestam Arabicis è pomariis arborum ramentis congeriem; verùm super sceptra & Coronas, clavas & scipiones Operosâ Majorum dextrâ collectos, mortalis vitæ depositit exuvias, Immortalitatem auspicata &c.

Stryikowski f. 1148. Nidi.

JOANNES SAPIEHA NICOLAI Palatini Vitebscensis Primogenitus Filius, Connubiales tædas cœlibatu extinxit, suamq́; vitam immortalitati succendit, cui Codnensis Sarcophagus hæc inscripsit. D. O. M. Sta viator. Terminalis hic lapis Marmor vocale est: Quod Joannis Comitis SAPIEHÆ, Nicolai Palatini Vitebscensis, & Magnæ Matris Principis Wisniovieccìæ Primogeniti Filii, Pauli Novogroden-

grodensis Palatini, & Ducissæ Holszanensis Nepotis, gloriam loqvitur posteritati. Cum quo non concidit; sed nullo fatorum turbine movenda, erecta stat fama Immortalis. Eò securior, quò fortiùs adversus injuriam temporum Avitâ se tueretur sagittâ, cui non connubiales tædæ, sed conflagrans in cœlum cœlibatus ad immortalem præluxit gloriam. Et certè triumphos Majorum suorum auxisset; nî ipse grandis præda fatis cessisset in triumphum. Discè itaq́; Hospes, Magnos hìc cineres post fata loqui. Et Manibus ejus Requiem piis precare manibus.

ALEXANDER SAPIEHA V-Dapifer *M. D. L.* Filius Nicolai Palatini Vitebscensis.

Non semper idem, quod Natalibus, etiam mortuali cænotaphio exporrigitur solum, & quæ in Lucem prodit infantem terra, non semper eadem sinu suo, aut meritis assurgentem, aut communi fatorum lapsu corruentem Heròém excipit. Imò glorioſius est, & ad orbis universi felicitatem peraccomodum: non uni se donare climati, sed quem Natalium celsitudo, & meritorum sublimitas Patriæ præcelsum

expo-

expoſuit Regioni; illum exotica etiam vel in glorioſis actis, vel in laudabili actionum termino ſuſpiciant Regna. Alexander SAPIEHA Dominus in Luſzniew, V-Præfectus Menſarum; Magnus in Progenitoribus Dynaſta, non minor in erectis Xenodochiis Mecænas, dum patrio ſolo ſublimibus Natalibus & meritis ſuis affulget, Magnasq; ſpes Patriæ nutrit; in ipſo ætatis flore, non jam in ſinu nativi ſoli, ſed ſub externo ſole, Patavii vitam & partem exuviarum corporis poſuit; ut communicatam etiam alteri orbi exporrigeret SAPIEHANAM gloriam. Patavium illi inaratos hos legit Characteres. D. „O. M. ALEXANDRI CASIMIRI SAPIEHÆ „Sigismundi III. Poloniæ & Sveciæ Regis. in Ma„gno Ducatu Litvaniæ Dapiferi, Memoriæ. Qui „in ipſo ætatis ſuæ flore, Magno Patriæ & Familiæ „damno, Patavii obiit. Anno MDCXIX. Novem„bris XXX. die. Cujus corpore in Patriam con„ducto, viſcera hìc condita. Viator ora pro anima. Codnenſes verò Sarcophagi hoc Ephitaphiũ exhibent: „D. O. M. Siſte gradum Viator, ubi Alexander „SAPIEHA Nicolai Palatini Vitebſcenſis, & Annæ „Wiſnioviecciæ digna ſoboles, peregrinos per ex„tera Regna paſſus, Patavii, ſtitit in Italia. Nempe „etiam hujus Magni Alexandri paſſibus unus non

ſuffe-

ſuffecit orbis. Et ne vano titulo M. D. L. Sub-„ Dapiferum ageret; Heroâ indole grandes Patriæ „ nutrit ſpes. Anguſtam tandem Auguſtæ Virtuti „ ſuæ peripheriam nactus Polonum Orbem, etiam „ Exterorum moribus ivit in exemplum. Non mo-„ dicæ profectò ubertatis id ſignum eſt, ſi Arbor „ ultra ſepta, ſua poma protendat. Nam & à Pater-„ nis ſagittis, meritorum volatu per Regna deferri „ didicit: & à Materna Phæbe, utriq; orbi allucere. „ Felix es proinde Pataviũ, quòd tuo ſinu tam gran-„ dem Animam excepiſti. Verùm ubi hanc tibi cœ „ lum eripuit, etiam Kodeń mortales ſui Comitis „ recepit exuvias. Luge, immaturè extinctum, „ cælibemq; viator, & vitam addes. Hic utiq; è Póé-„ tæ oraculo diu *vixit*; quem ſui raptum gemuêre „ Cives. „

CHRISTOPHORUS SAPIEHA Pocillator M. D. L. Filius Nicolai Palatini Vitebſcenſis.

Heros etiam extra Patriæ limites celebris, militiam ſuis ſumptibus per Moſchoviam, Italiam, & contra hoſtem Chriſtianitatis potentiam Othomanicam, egit, Equitis Hjeroſolymitani titulis decoratus.

tus. Ad belli merita, adlegit etiam in rem Sacram beneficiorum encomia; ut ex utroq; Cæsar, & inter arma nominatissimus, & inter Divorum Sacraria probaretur, pari virtute gloriosus. In Wisnicz scilicet ille Dominus, Wisnicensem Præposituram in suis initiis fundavit, & munificus Mecœnas ampliavit, ut amplior ejus honor in cultu Dei promoto, & ampliatâ Numinis gloriâ appareret. His inter, & extra Patrios sinus celebriter actis; Manes suos in exotico depositi solo. Idem quippe Patavium, quod Alexandro V-Præfecto Dapiferorum M.D.L. Fratri ejus; sinum suum in fata eidem recluſit. Cùm anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo Patavii diem suum obiens, æternitatis inierit viam, absq; prole, heredem suorum meritorum præsentans gloriam. Celebratissimi pariter Nominis Consortem è Firlejorum stirpe Palatini Sendomirienſis Filiam habuit, cujus familiæ initia, ad Leonis SAPIEHÆ Palatini Vilnensis encomia ponuntur, & plurimis in arata foliis hæc exordia Nominatissimæ Firlejorum Prosapiæ, ac eorum Proceres leguntur tum in Okolski; tum in aliis Nomenclatoribus Sarmatiæ.

Okolski Orbis Polon: tom: 2. fol: 114.

NICOLAUS SAPIEHA Castellanus Vilnensis, Heres 4tus & Comes

& Comes in Kodeń, Filius Nicolai Palatini Vitebscensis.

A Vexilliferi Officiis ad Mareschalli Curiæ Officium, tum ad Minscensis, Brestianensis Palatini, ac demum ad Castellani Vilnensis honores, gradum agens NICOLAUS SAPIEHA; Præpositalis Ecclesiæ Codnensis Fundator, & Imaginis gratiosissimæ, quam Codna, & integra Domus SAPIEHANA reverentissimo obsequio uti sui Protectricem & Dominam recolit, pulchro astu & ingenio Collator inter monumenta celebratur. Non paucis jam quidem voluminibus inserta initia Thaumaturgæ Iconis Beatissimæ Codnensis, hujus Nicolai SAPIEHA præclarum de illa obtinenda negotium explicant; potissimùm verò, cultissima phrasi, & encomio eruditissimo paucis retro annis ab Illustrissimo JOANNE FRIDERICO Luca Comite SAPIEHA Castellano Trocensi, id abundè & operosè promulgatum est. Quia interim ad hujus celebratissimi Dynastæ Nicolai SAPIEHA encomia venimus, cui in acceptis integra SAPIEHANA Prosapia, id totum debet, quidquid à gratiosissima Matre sua, ad Codnensem Basilicam gratissimo cultu recipit. Non importunum erit paucis hic attingere Originem Co-

 dnensis

dnenſis Imaginis á Nicolao SAPIEHA Codnam allatæ, cùm permultis alibi jam legere idem, & ſcire eſt. Thaumaturga Codnenſis imago, Beatiſſimæ in ſe pulcherrimâ ſymmetriâ exprimens ſpeciem, à Divo Luca depicto vultui Sanctiſſimæ Matris per omnia ſimilis; à S. Auguſtino Ordinis Divi Benedicti hac occaſione effigiata eſt. Magnus Orthodoxi Orbis & nomine & faſcibus Archi-Pater & Summus Pontifex Gregorius, dictus *Magnus*, acceptam inter pretioſiſſima dona ab Orientis Monarcha effigiem, à Divo Luca Evangeliſta, conformibus Beatiſſimæ Virgini lineis formatam, poſtquam in peſte per vicos Romanos circumtuliſſet; ejus Thaumaturgam gratiam Orbi Chriſtiano & afflicto populo attulit, quam Auditi Angelorum Chori ad Sacros Concentus comitabantur; unde & Caſtro Angeli agnomen poſuêre. Celebratiſſima gratiis hæc Imago, cultum ſibi debitum à Summo Cultore Fidei,& Vicario in terris Chriſti, recipiens, cùm Sancto Leandro Hiſpalenſi Archi-Præſuli in pignus à Divo Gregorio Magno ceſſiſſet, ne ſaltem ſimili Vaticanum Palatium, ejusq; Summus & Totius Chriſtianitatis Moderator careret Archetypo, Divo Auguſtino in commiſſis detulit, ut penicilli cultu vultum Virginis Beatiſſimæ, ad Divi Lucæ lineas, efformaret. Ef-

for-

formata hæc operosâ manu Imago, Summæ Venerationi ad ædes Pontificis Maximi, nonniſi ſub Divinſſimi Sacrificii libamina, ab ipſo Pontifice celebrata, recludebatur. A temporibus Divi Gregorii Magni, ad Urbani VIII Succeſſoris in Divi Petri Cathedram, per plures annos, hunc cultum referebat, omni cultu in ſua Imagine digniſſima Virgo. Cùm interim Nicolaus SAPIEHA Vexillifer protunc Magni Ducatûs Litvaniæ, è conſilio Medicorum ad levandos morbi dolores Padvam inviſens, inſolito mentis inſtinctu agitur, ut Romam contendat, ibi recepturus priſtinæ valetudinis vires, unde robur Eccleſiæ, & firmamentum Fidei, provenit. Anno itaq; Chriſti milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quarto,Romam comite Lectiſſimâ viæ & vitæ Sociâ, Uxore ſua, ingreſſus, dum Apoſtolicos diſſvaviat pedes, mellcum gratiarum rorem è *Barberinis* Urbani VIII *Apibus* ſolito, quia jam iterato, & antèa uſurpato favore recipiens, ne è Sacro-ſancta Lypſanopoli vacuus Sacris Reliquiis abiret, & valetudinis ſuæ Patronos, & Eccleſiæ Codnenſis Tutelares haberet, Sanctũ dolum,qui ſua deſideria promovit, adhibuit. Non paucam pecuniam cuidam Camerario Pontificio inhianti in offam pecuniariam donat, id unicè requirens, ut Reliquas Divorum ſibi extradat, effigiemq;

Bea-

Beatiſſimæ, in Sacello Pontificio cultui & Veneratioñi ſingulari, nonniſi ſub Diviniſſimum Sacrificium monſtrari ſolitam, pro gratioſiſſimo pignore in Codnenſe Templum clandeſtino auſu extradat. Effecit avara nummorum cupiditas hæc ſignula: Lipſanaq́; Divorum Hilarii, Antoninæ, Candidæ, Julii Senatoris Romani, ſcilicet integra eorum Corpora, ac Caput Divi Felicis Sacrilegio ſublata, gratioſiſſimam effigiem Beatiſſimæ Virginis, quæ in Conclavi Pontificio, velut pretioſiſſimum monile in conchili concludebatur; auſu nefando ad vota Nicolai SAPIEHÆ extradit. Lætus hâc prædâ Nicolaus diſſvaviatis Pontificiis plantis, Apoſtolicoq́; Limine ad morem veterioris Polonæ fidei ſalutato, citatos paſſus in Patriam agit, hoc celeriori progreſſu, quòd in regreſſu ad primam urbem pius illius promulgaretur aſtus. Cùm enim obvios ſibi Dæmoniacos, ſeu à Dæmone poſſeſſos haberet Viatores, qui hunc nefandum Hoſpitem, è Corporis ſui hoſpitali expellere ſatagentes, Romanum petebant aſylum, quò profugi, ſperabant certam reperturi contra inquilinos hoſtes tutelam. Hi Clamoribus replevêre Civitatem, Sacrilegos Româ profugere; Sacraq́; Lipſana deportate, & è Romano exportare Gazophylacio. Territus non vano pavore ad

re ad has clamoſas veritates Nicolaus; viam in Patrium ſolum celer maturat, breviſq́; temporis intervallo, Pontificios emenſus limites, veloces paſſus & vota ſua Codnam promovebat. Romam attingentes Peregrini, quos malus ocupaverat Genius, rem in Urbe ſpargunt; Sacrilegos Româ ſibi occurriſſe expilatores denunciant. Defertur ad ſummum in Terris Judicem delicti gravitas, inquiritur patrator ſceleris, & Sacrarum exuviarum Proditor, in Judicium ſiſtitur, & tandem ſacrilegis deſtinato punitur rogo. In Nicolaum verò SAPIEHAM Eccleſiaſticæ cuduntur pœnæ, graviſſimo mandato in eundem animadvertitur, ut Sacrorum Violator, reſtituat ſingula, pœnas delicto pares ſubeat, auſumque ſuum rigidiori Cenſurâ componat. Verùm, quæ pio ille inchoaverat animo, eodem ſua deſideria intendens terminare, Vladiſlaum IV protunc Poloniarum Regem ſupplex efflagitat; ut excuſet Monarcha Regni, coram Chriſtianitatis Capite zelum ſuum, Codnamq́; felicem prædâ Sacrâ; Sacrorum Corporum, ac præcipuè Sanctiſſimæ Matris Cultricem, efficiat. Egit ad vota ejus Rex gratioſus, aſt ſine effectu, cui cenſurarum moles, & Eccleſiaſticæ pœnæ, quæ è Vaticano Areopago deſtinabantur, non paucum diſcrimen faciebant.

Accidit

Accidit ſub hæc tempora Generalium Comitiorum Conventus in Regno Poloniæ, multumq́; Heterodoxa inibi poteſtas dominata id egit; ut Legibus Eccleſiaſticis, imò & Eccleſiæ Capiti Conſtitutiones adverſæ cuderentur. Nactus in hac area campum zeli orthodoxi Nicolaus SAPIEHA, Eccleſiaſticum & Eccleſiaſticorum honorem, Anſtititum in Senatu Authoritatem, eâ promovit fortitudine; ut Murus Aheneus diceretur, qui Eccleſiaſticam libertatem fulciret, Spiritualium ſuſtineret dignitatem. Dumq́; Novellæ fidei inveterata in Romanam Eccleſiam aliter diſrumpere non poſſet odia, diſſolvit Authoritate ſuâ Comitia, invalidumq́; per Liberam vetandi Vocem heterodoxum effecit molimen. Delatus hic in Urbem Pontificiam Catholicus ardor, Legati Apoſtolici ad Summum Patrem pro Nicolao SAPIEHA Inſtantiales, & urgentiſſimi ſcribuntur Characteres: Emollitur Urbaniſſimi Patris, ejus Nominis Urbani Octavi pectus, inq́; Nicolai propendet zelum, eumq́; Eccleſiaſtico ſolvere intendit vinculo. Ergo Anno Chriſti milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quinto, Effigiem Beatiſſimæ, quam aliquot ſæculis Apoſtolica coluerunt Limina, & quæ paribus Romæ affulſit gratiis, ac ſi illa, quæ â Divo Luca adumbrata eſt, nec non Sacra Lipſana pio

ſubla-

ſublata dolo, donat in Codnenſe præſidium Nicolao SAPIEHA, ab Eccleſiaſticis Cenſurarum pœnis abſolvit, & ad quem illius contendebant deſideria; eo fine coronavit pium aſtum. Locata hæc in Codneſi Eccleſia pientiſſimæ Matris effigies, quantis abundat gratiis? excuſa typo miracula loquuntur. Dumq; primigenium Beatiſſimæ Virginis Archetypum Gvadeluppæ, & Celebratiſſimo in Authoribus prodigio proditum, & multis beneficiis ad hæc tempora gratioſiſſimum colitur: Etiam Codnenſis Thaumaturga Icon, in ſimilitudinem Gvadeluppanæ efformata, ſimilibus abundat donis & patrociniis. Hæc enim ipſa effigies Beatiſſimæ, quæ Codnæ venerationi habetur, Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono à Clemente ejus Nominis VI Supremo Patre, in epidemica lue Romæ circumlata, eundem effectum præſtitit, quem Gvadeluppana à Divo Gregorio per Urbem deportata, ut ex Codice Capellæ Pontificiæ, Nicolao SAPIEHA relatum eſt; & eaſdem gratias, in ſimilibus beneficiis nunc etiam perpetuâ continuat ſerie. Tam præclaro jam abſq; controverſia gaudens ſpolio Nicolaus SAPIEHA, in cultum & venerationem ejus, totum ſe impendit. Hinc Eccleſiam è muro ſolido (cùm lignea ſolùm elapſis temporibus Codnæ fuerit) in-

cho-

choatam, ad ſuam perfectionem, deduxit, pretioſâ ex argento ſuppellectile dotavit, Imaginibus magno ſumptu appretiatis, artis non vulgaris ex Italia inſtruxit; plumbeâ laminâ verticem Eccleſiæ contexit, in illumq́; decorem promovit; qui inter primarias Diœceſeos Luceorienſis Eccleſias, Codnenſem non immeritò ponit Baſilicam. Præpoſitali etiam dignitate, ac Sacerdotum ampliato numero, eandem adornavit; Sancti Spiritûs Eccleſiam in Xenodochii Præpoſituram convertit. Habentur Authentica documenta Erectionis typo vulgata, in Hiſtoria Beatiſſimæ Codnenſis, quæ hìc referre ſupervacaneum foret. Deſcripſit excellentiam Codnenſis Baſilicæ Joannes Tarczevius hoc metro:

Walicki in Hiſtor: Beatiſſ: Codn: fol: 94

Codnenſis aræ tum ſimul atrii, qua mole ſurgit cœlitum Domus, quàm pulchra Majeſtate ſplendet, in ſolitæ ſpecieſq́; formæ &c: Codnenſe monſtrat Numinis atrium, fanumq́; magnis ſumptibus inclytum, nitore fulgentes & aræ &c: Solutâ verò eâq́; Lectiſſima phraſi, deſcriptionem tum ejuſdem Eccleſiæ, tum gratiarum Beatiſſimæ in hac Baſilica, tum etiam Sacrorum Lipſanorum cultum, beneficia, aliaq́; ad Codnenſem Comitatum, ejusq́; Urbem pertinentia Monumenta exprimit in ſuo Eruditiſſimo Libro Illuſtriſſimus *Ioannes Fridericus Lucas Comes SA-*

PIEHA

PIEHA Caſtellanus Trocenſis, Capitaneus Breſtianenſis, cui titulum poſuit. *Monumenta Antiquitatum Marianarũ in Imagine vetuſtiſſima vulgò GREGORIANA, à S. Auguſtino Romano depicta.* Quò avidũ ſcientiæ & eruditionis Lectorem remitto. Mihi præcelſa acta Nicolai SAPIEHA primùm Vexilliferi M.D.L. dein Caſtellani Vilnenſis, Equitis aureæ Clavis à Ferdinando II. Imperatore creati, recenſenti, attigiſſe hìc ſufficit ea, quæ ad illius encomia in phraſi compendiata pertinent. Geminam ille ſibi adlegit in Connubiale fœdus Conſortem, primo voti vinculo Hedvigem è præcelſa Woynarum (qui Hreczynæ dicuntur) ſtirpe prognatam, Matthiæ Woyna Theſaurarii Curiæ M. D. L. Filiam, ex qua Caſimirum Krzepicenſem Præfectum, Joannem Ferdinandum Pincernam M. D. L. Capitaneum Molczacenſem, Filios; Helenam Karpio Succamerario Terræ Bielſcenſis, Thereſſam primùm Tyſzkievicio Palatinidæ Breſtianenſi, tum Duci Druccio Sokolinio Caſtellano Novogrodenſi, & Joannam Kurczcio Palatino Breſtianenſi, Filias locatas ſuſcepit. Altero illi fœdere in ſociam venit Helena Pruſinowſka Palatinidæ & Succamerarii Belzenſis Filia, cujus ſublimes Natales in illo Palatinatu ſuum Nomen, & honorem per faſces dilatârunt, & inter prænobiles Fa-

S mili-

milias Poloniæ celebre habent. Woynarum verò & Tyſzkieviciorum ac Kurczorum præcelſi Deceſſores, eorumq́; celebrata per faſces & Laticlavia Origo, jam alibi paucis, juxta morem paginæ hujus, recenſita. Hic iterum annexa SAPIEHANO Nomini Karpiorum & Principum Drucciorum Sokoliniorum, per affinem ſocietatem SAPIEHANÆ Proſapiæ adlecta in conſiderationem occurrit Celſitudo. Karpiorum Antiqua & Illuſtris Familia & ſtemmatis & Originis ſuæ initia in Italia ponit, per Diſtrictum Grodnenſem, Ducatum Samogitiæ, & Podlachiam nunc dilatata, pro armis Patriis tres Stellas, varioſq́; in Nomenclatore Palæmonio, Gentis ſuæ Heròés numerat, quò Lectorem amantem eruditionis & Hiſtoriæ, ſeries hujus familiæ avocat. Aſt Princeps Drucciorum Sokoliniorum Vetuſtas, deſcendentes de Ducibus Ruſſiæ, poſteros Volodimiri Monarchæ totius Ruſſiæ, ſuæ Proſapiæ Proceres habet; arma propria referendo: nempe quatuor Semi-Lunas, & gladium contuſum, in caſſide Ducalem pileum. Dicuntur *Druccii* à Territorio *Drück* in Palatinatu Vitebſcenſi: dividuntur in quatuor Familias, nempe *Horſciorum, Sokolińſciorum, Lubecciorum, & Ozierecciorum*, de quibus Stemmatum Patriorum Connotatores. Hic tantùm.

tùm revoco Jagelloni Poloniarum Regi ex aliis Conjugibus nullam ſuſceptam fuiſſe prolem maſculam, ſed tantùm ex Sophia *Druccia de Druck*, Filia Andreæ Iwanowicz Drucki Ducis Kijoviæ. Ex eâdem familia fuit Gaſtoldi Palatini Vilnenſis Uxor, quæ cum Conjuge concurrit ad munificam Fundationem Præpoſituræ Infalutæ Gieranonenſis. His celeberrimis per Litvaniam Nominibus aſſocians prolem ſuam Nicolaus SAPIEHA Caſtellanus Vilnenſis, ipſeq́; ſublimi glorioſus affinitate per conſortia iterata, diem ſuum fatorum amuſſi adimplevit, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quarto: cujus licet per volumina inaratum legitur Lapidarium encomium, quia interim, perinſigni expolitum eſt Eruditione, etiam *hic* annectere non erit otioſum. D. O. M. Hic recumbit Nicolaus S. R. J. in Koden Comes SAPIEHA, Caſtellanus Vilnenſis. In illa natus Familia, in qua Magnum ſimul & Optimum prodire, non paradoxum. *Magni* Gedimino-Narimundoviani, Olgierdianiq́; Ducum Litvaniæ, Generis, & inde Natalium Celſitudinis Majeſtate, tantorum Originum conſpicuæ ex utroq́; Parente, Heres. Nicolai & Annæ Korybuth Duciſſæ in Wiſniowiec Palatinorum Vitebſcenſium Proles. Hedvigis Hreczynæ Woynianka Theſauraridis Ma-

„ gni Ducatûs Litvaniæ, poſtea Helenæ Pruſinow-
„ ſka Succameraridis Belzenſis, ex Kalinovia Conſo-
„ brina Palatini Czernihovienſis Exercituumq́; Re-
„ gni Ducis Natæ, Maritus. Caſimiri Krzepicenſis,
„ Joannis Pincernæ M. D. Litv: Mołczanenſis Ca-
„ pitaneorum, Joannæ, Tereſſiæ, Helenæ, Pater.
„ Eccleſiæ hujus ex Parochiali in præpoſituralem ſub
„ titulo S. Annæ, erectæ à primo lapide Conditor.
„ Ad continuum Dei cultũ quinq́; Presbyterorum
„ Sacrorumq́; Supellectilium, nec non ædis S. Spi-
„ ritûs, Xenodochialis de propriis cenſibus Fundator.
„ Duplicata Liminum Apoſtolicorum Viſitatione,
„ quatuor Divorum Corporum integrorum, alia-
„ rumq́; de Sacris Oſſibus Reliquiarum, Iconis
„ Thaumaturgæ Dei-Paræ de Gvadaluppe inexhau-
„ ſto gratiarum theſauro præclaræ, de ſpeciali Sacræ
„ Sedis favore ex Papali Oratorio obtentæ in Præſi-
„ dium loci hujus, Domûsq́; ſuæ, Româ Translator.
„ Pro ſingulari in Matrem Eccleſiam zelo, multis à
„ Summo Pontifice Urbano VIII præconiis apella-
„ tus *Pius*. Sigismundo tertio, Vladiſlao IV. Regi-
„ bus Poloniæ charus, ex Supremo M. D. Litv: Ve-
„ xilliferatu, Curiæ Mareſchalcatu, Minſcenſi, Bre-
„ ſtenſi Palatinatu, Tribunalis Scipione, auctisq́;
„ Titulis bello & pace cum Moſcho Sancitis, primo

eme-

emeritis gradibus, in Litvano Senatu Caſtella-„
natu Illuſtris. Ne verò & externorum favorum„
occluſos experiretur poſtes, imò, ut omnium fe-„
licitatum, ac ambiendæ deniq́; æternitatis aureos„
ſibi patere auſpicaretur, honorifico Aureæ clavis„
munere à Ferdinando ſecundo Imperatore obla-„
to Inſignis. Hunc celebrate Sancturia, narrate„
Annales, imitamini poſteri. Lugete Chriſtiani,„
ſinguli demum diſcite; tantum Virum cum tam„
ingenti jactura nunquam mori oportuiſſe. Vixit„
MDCXLIV. XIV. Martii. ætatis LXIII. Tu quis-„
quis ſis Contenplare non degenerem Auguſti ſan-„
gvinis tot Coronatorum in Europa Capitum Geni-„
toris, Præcipuarum in Litvania Proſapiarum Au-„
thoris, Claritatem; Omnium dignitatum tritis è Pa-„
terno veſtigio calcatam greſſibus ſemitam, æta-„
tem Virtutibus magis, quàm annis cumulatam; præ-„
ſtantiſſimum templi hujus opus. Tum conclude„
ita ab eo gloriam Nominis Illuſtratam, Curulium a-„
pices poſſeſſos, vitam peractam fuiſſe; ut Familiæ„
decorum, Atlantem Regibus gratum, Reipublicæ„
proficuum Senatorem, Superis Orthodoxum Chri-„
ſtianum verè gereret. Abi, & cujus altam Origi-„
nem cum Ducibus Rożyńſciis eandem, ex Atavis„
Principibus, dexteritatem ex geſtis pro Patria, Pi-„

eta-

„ætatem ex benefactis agnoscis, ejus cineres venerare. Alia item Inscriptio Marmori inarata in memoriam hujus Dynastæ legitur Codnæ. D. O. M. „Illustrissimus & Magnificus Dominus Nicolaus „SAPIEHA Comes in Kodeń, Castellanus Vilnen„sis, Capitaneus Mołczanensis, ad Propagationem „fidei Orthodoxæ, atq; Cultum Divinum Augen„dum, hanc Sacram ædem studio singulari, impen„sis magnis, & opere haud impolito extruxit, Sa„cerdotum certo numero illustravit, ornamentis „amplificavit. Plura intendebat, ni invisa fata pi„um præripuissent conatum. Sufficit ad Nominis „Immortalitatem hoc perenne monumentū. Anno Domini MDCLI. Duret in ævum Machina. Consortis verò ejus hoc Legitur Epitaphium. D. O. M Hæ„re tantisper, qui vides. Habes hîc legenda, & lu„genda. Hîc illa jacet, quâ Fundatrice hæc stat Basi„lica. Hedvigis Anna Woynianka Curiæ M. D. L. „Thesaurarii Filia. Nicolai SAPIEHÆ Castellani „Vilnensis viæ & vitæ Socia, ipsa meritò in SAPIE„HANÆ Gloriæ Thesaurum referenda, quem & „meritorum Majestate, & Augusta ditavit Sobole. ;; Insuper specie Virtutum spectabilis. Svavitate „morum Insignis. Religione Incomparabilis. Deo „Amabilis, tam Privatim Pia, quàm publicè præivit

Monum. Antiqu. Marian. p. 2. fol. 109.

Poste-

Posteris. Mira Numinis Providentia, ut ætates „singulæ suis Illustrentur fœminis, & habeat infir„mior sexus, quò aspiret. Hic nempe Thesaurus im„mortalitatis est, obligata in Filiis Parentū Nomini „Sæculorū pretia, ac in Natorum gestis, non destitu„ta Patrū æstimatio. Hic Tumulus cōácervatæ per „merita Gloriæ cumulus est. Corpus premit, sed „attollit Famam, ossa tegit, sed prodit virtutem. „Gentilitiis Tubis etiam post fata orbi promulgan„dam. Non potuit sanè, à magnis Hreczynarum „Woynarum Nominibus, nili clara cum sangvine „virtus derivari. Sed heu! nimis inimica Mors. „Vocales illas Tubas, in mortales cōégit Tumbas.

CASIMIRUS SAPIEHA Capitaneus Krzepicensis, quintus Heres & Comes in Kodeń, Filius Nicolai Castellani Vilnensis.

Quam Singulari devotione Româ Transtulerat Thaumaturgâ Beatissimæ effigiem Pater, eandem Filius Casimirus Capitaneus Krzepicensis, per promotum ejus honorem, insigniter coluit. Ad ædes enim illas, in quibus gratiosum hoc Monile locatum est,

Præs-

Presbyterum cum Onere celebrandorum Sacrorum (Altaristam vocamus) per reditus in hoc officium designatos fundavit; quatuorq; Millia florenorum Polonicalium in hunc finem testamento inscripsit; quam piam legationem Illustrissimus Witwicki Episcopus Luceoriæ erexit in beneficium Ecclesiasticum; tribus in Hebdomadem designatis Sacratissimæ Victimæ Sacrificiis, pro Anima Fundatoris celebrandis. Ipse verò Casimirus SAPIEHA quinque solùm annis in hereditario Comitatu actis, Ductâ in Consortem Helenâ Daniłoviciâ Inciforis Regni Filiâ (cujus Aborigines alibi jam expressi) brevi compendio vitæ, meritorum suorum concluſit seriem, tali de-
„ coratus post fata inscriptione. D. O. M. Ma-
„ gnus vixit, Nec minor se hic dormit, somnum o-
„ mnibus dormiendum, Casimirus Comes SAPIEHA
„ Castellani Vilnensis Filius, Capitaneus Krzepicen-
„ sis, Kolobucensis &c. Cujus gloria ultra Gadita-
„ nas iret Insulas; nisi mors in ipso Juventutis Vere,
„ terminale vitæ præfigeret non plus ultra. Hic
„ non Togâ insignior, quàm Sago, in Avita Orchestra
„ Consus, in Martis acie plus quàm Camillus compa-
„ rebat. Ita, ut definire non ausim, plusne zelo,
„ consilio, amore, an manu Patriam tueretur?
„ Et quâ natus erat gloria summa Domûs. In Ex-

pedi-

peditione contra rebelles, pius Religionis, integri- „
tatis publicæ, & Famæ, defenfor, Domino explevit „
signa de suo. Inito tandem Maritali fœdere cum „
Helena de Zurow Daniłowiccia Regni Inciso- „
ris Filiâ, Spes publica Anno MDCLIV. ætatis „
suæ XXIX. die X. Januarii videri desiit; non vi- „
vere Æternitati. Et quem nuper grandior Glo- „
riæ schinotenes ultrà nobis terminos extenderat; „
Ultima Vitæ periodus in breve contraxit Dissyl- „
labon: Vixit.

JOANNES FERDINANDUS SAPIEHA Pincerna M. D. Litvan: Capitaneus Mołczanensis, sextus Heres & Comes in Kodeń. Filius Nicolai Castellani Vilnensis.

Præcoces sunt sublimes Heroum Animæ, in ipso ætatis flore matureſcunt. Excelsus & ad Magna natus animus, annorum superat numerum. Generosa indoles supra ætatem capit, Et in Joanne Ferdinando SAPIEHA Pincerna M. D. Litv: eâ dexteritate in bellicis negotiis eminuit; quæ Veteranos Heroas, eorumq;

 animos

animos explere assolet. Pari enim ad Fratris sui ætatem, vitæ brevitate multa concluſit Laudum & encomiorum compendia. Quinq; ſcilicet ſolùm annis, ut Caſimirus Capitaneus Krzepicenſis, ita hic Joannes Pincerna M. D. Litv: Frater ejus, Codnenſi præerat Comitatui; Cælibemq; vitam agens, hoc in poſterorum retulit memoriam, quod Ductor Cohortis in exercitu Quartiano, eximii Ducis encomia ſumpſerit. Quantis autem impenſis & ſtudiis in rem Sacram, quam Deceſſores ſui æſtimabant, incubuerit; pulchrum eſt legere in monumentis Codnenſis Hiſtoriæ, quæ typo vulgata, ejus non pauca Elogia exhibent. Ille ſiquidem diſmembrationem bonorum Præpoſituræ Codnenſis cum Religioſis Divi Auguſtini facilem effecit. Sacerdotibus ad Eccleſiam Manſionariis certum cenſum ex Synagoga Codnenſi deſignavit; xenodochio duo millia inſcripſit. Altariſtam fundavit; ipſe brevi decedens, (poſtquam Eccleſia Codnenſis per hoſtilem manum è ſuo decore ſpoliata, ipſum Regem Poloniarum Joannem Caſimirum pro Benedictione ad Thaumaturgam Beatiſſimam, cùm anathemate è pyropis pretioſo, venientem recepiſſet,) receptus eſt in ſortem Immortalitatis: & cùm invita ſpeciales gratias in expugnatio Torunenſi per Thaumaturgam Codnenſem Virginem,

Walicki in Hiſt. Codnen: Beatiſ: fol: 110.

nem, & alia, uti & Capitaneus Krzepicenſis Frater ejus, retuliſſet; hoc poſthumum encomium recepit. D. O. M. Hoſpes quid quæris? Joannes Ferdinandus „ Comes SAPIEHA Pincerna M. D. L. Capitaneus „ Mołczanenſis Nicolai Caſtellani Vilnenſis ex Anna „ Woynianka Magni Sangvinis, Magna progenies, „ perpetuum hic naturæ dormit ſomnum. Sangvi- „ ne & titulis Anteceſſorum ſuorum inſignis. Vir- „ tute, pietate, morumq; ſvavitate Illuſtris. Cujus „ oculus affixus cœlo, animus Deo, manus armata zelo, licet in ipſo Juventutis ſuæ flore, atrox „ ſuccidit Atropos. (Heu! ſortem humanam, naſci, „ vivere, mori!) Felix tamen extitit. Nam brevi „ tempore multarum virtutum Heroica dedit ſpeci- „ mina. Ipſa pro Religione Rege, Libertate, bina „ vexilla, multoties Scythico, Coſatico, Moſchoviti- „ co, conſperſa cruore, ipſomet primo ſemper An- „ teſignano, ad Torunium, & alibi expanſa luculenter teſtantur. Quid inde? Brevi heu moritur! „ Vixit Anno XXIX. Vivere deſiit Anno Domini „ MDCLIX. Die XXVII. Martii. Abi jam Viator, „ & tuum momentum, in alieno lege monumento.

FRIDERICUS SAPIEHA Succamerarius Volodimirienſis Filius Nicolai Palatini Vitebſcenſis.

E grandiori & per longa latifundia diſtento Oceano, immenſi penè prodeunt fluvii: nec amplus latioris maris ſinus in exiguos primo decurſu abit latices, verùm in majeſtuoſa fluenta, tum in minores ſcaturigines: qui demùm aut in Mediterraneũ pelagus, aut in Majores Mediterraneo Oceani aſſurgunt vortices. Magnis Progenitoribꝰ ſatus Fridericus SAPIEHA, par illis in ſe, non minor in poſteris ſuis è præclara Conſorte ſua Evâ Skaſzewſka Succamerarii Chełmenſis Filiâ, excelſam prolem, Thomam Caſtrametatorem, Joannem Notarium Campeſtrem & Ducem: Chriſtophorum Inciſorem Magni Ducatûs Litvaniæ; Alexandrum Epiſcopum Vilnenſem, Filios; & Helenam Filiam Daniłowicio Præfecto Czerwonogrodenſi elocatam ſuſcepit. Liberalitatem in promovendo honore Dei, & diſpenſandis donis ad cultum Numinis, abundè monſtravit: dum in *Maciejow* Dominus, ibi Præpoſituram, cum cenſibus & reditibus ad ſtabilem proventum Fundavit.

dâvit. Præcelſam ejus in maſcula ſtirpe progeniem ſequentes recolent paginæ. Hìc Filiam ejus, è mulebri ſexu lectiſſimam pari Conſorti Daniłovicio extraditam, illo encomio proſequi placeat, quod de illa inaravit Okolſki. Franciſcus Daniłovicius Præfe-„ ctus Caſtri Czerwonogrodenſis tenuit Matrimo-„ nium cum Filia ex Magno Ducatu Litvaniæ SA-„ PIEHÆ. Erat pientiſſima Matrona, quæ ſæpe ſæ-„ piùs in Czerwonogrod viſitabat deſolatam Eccle-„ ſiam, vel potiùs Aram Eccleſiæ Ordinis Prædica-„ torum, in qua plures Sacerdotes & Fratres à Tar-„ taris & Valachis occiſi fuerant, ibiq; devotionem „ lachrymis ornando, ſuſpiria conſolatione ſpiritûs „ fovebat. Honoratiſſimi verò ejus Conſortis tale elogium ponit. Franciſcus quintus Filius Theſaura-„ rii Regni. Hunc ipſum natura ad alta promovit,„ dum ingenium, lingvarum beneficia, morum gra-„ vitatem, ſtaturæ decorem, corporis firmitatem „ ipſi contulit. Eſt in quo delectetur Mars, teneat „ expectationem Patria, ſperet conſiliorum utilita-„ tem ſenatus. Annexa, per geminatam affinitatem SAPIEHANO honori Opulentiſſima Daniłowiciorum Celſitudo (priùs enim jam Stephano Pro-Cancellario M. D. L. jam Caſimiro Capitaneo Krzepicenſi, SAPIEHIS, Sociata fuerat) eximios Natales

Okolſki tom. 3. fol: 201.

ſuos à Duce Daniele in Ruſſia derivans, arma nobilitatis *Sas* longè ante unionem Magni Ducatûs Litvaniæ, clara, in Ruſſia meritis & triumphis rediderat: plurimoſq; ad ſpecimen fortitudinis donatione eorundem armorum alliciebat. Velim autem præmonitũ eſſe Lectorem (ut cum Okolſki loquar) quòd in Magno Ducatu Litvaniæ reperiantur quoq; Danilovicii, antiquam Originem clara virtute & fortitudine promoventes, ſed ſunt diverſorum gentilitiorum: nam pro inſigniis Nobilium utuntur armis *Rola*, ut patet in Comitiis Hrodlenſibus, ubi anno milleſimo quadringenteſimo decimo tertio Nobiles Litvaniæ arma Polonorum ob majorem amicitiam & unionem cum Regno receperunt. Fridericus verò SAPIEHA poſtquam etiam Eccleſiam è muro ſolido in *Maciejow* poſuiſſet, ipſe ad Patres ſuos eſt appoſitus, ſuperſtes interim etiam in hæc tempora in Celſiſſimis ſuis poſteris.

Idem tom: 3. fol: 198.

ALEXANDER in Maciejow SAPIEHA Epiſcopus Vilnenſis, Filius Friderici Succamerarii Vlodomirienſis.

Nobiliſſimæ Familiæ Heres, eam meritis & honoribus

noribus ſuis jam pridem exornatam, iterum nova celſitudine & ſublimitate in ſe ampliavit. Primus è Familia SAPIEHANA Sacræ Profeſſionis & Statûs Spiritualis Cultor, primus inter Infulata conſedit Numina, ac Romæ in orbis Capite verticem ſuum aptans Tiaris, tum primam Sacerdotii litavit hoſtiam, tum Spiritûs præcelſam conditionem è Vaticana hauſit Celſitudine. Neq; hæc Sacra initia abſq; Coronatore tam ſublimis animi extitêre. Poſtquam enim inſigni pietate Alexander SAPIEHA Sacratiores Statûs ſui aſſumpſiſſet animos: Urbanus Octavus ex æquo præmiator virtutis; annulum Sapphiro divitem, Romæ, initia ponenti Presbyteralis Ordinis Alexandro SAPIEHA, in teſſeram gratioſiſſimæ propenſionis, donavit. Hac gratiâ dives Alexander, ut Donatoris munificentiæ pari cultu reſponderet Donatarius; derivatam è paterno pectore Summi Patris & Eccleſiæ Supremi Statoris Jovis, Liberalitatis legem hanc expoſt obſervavit, ut Liberaliſſimus in egenos; præcipuè quos Sacerdotalis lacinia tegens, paupertatem & egeſtatem eorum detegebat; Pater Pauperum & egenarum vulgò proclamatus fuerit. Ad Sacratiores Infulas hi gradus fuêre illi. Præpoſitus primùm Cathedralis Vilnenſis, tum Epiſcopus Metonenſis & Suffraganeus Vilnenſis, Referenda-

rondarius Magni Ducatûs Litvaniæ: Expoſt Nominatus Epiſcopus Samogitiæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono Chriſti anno; demùm ad Vilnenſem Infulam pro meritis translatus, vigeſimum primum in hoc ſolio Epiſcopum egit; cùm ante ſe à primo Andrea Waſzilo Ordinis S. Franciſci, Epiſcopo Vilnenſi, ab Anno Milleſimo trecenteſimo, octogeſimo tertio, ad ſua tempora & honoribus & meritis præclaros legiſſet Prædeceſſores ſuos ad Infulâ. Inter cæterâ,pro Eccleſia Dei rectè actorũ ejus ſeriem, peracta, & Præſulea Authoritate firmata Commiſſio ſuper miracula & gratias Thaumaturgæ Beatiſſimæ ad ædes Divi Michàélis Clariſſarum Vilnenſium legitur: In qua, quia gratiæ gratioſiſſimæ hujus Matris ad cultum populi ſingulari Zeloziſſimi Antiſtitis pietate proponuntur; appono Commiſſionis legitimè expeditæ, & per Authoritatem approbationis Epiſcopalis firmatæ ſeriem: ut pateat, Miracula ac gratias Munificentiſſimæ,Dominæ, ad ædes Divo Michàéli Sacras, probata & approbata eſſe.

„ Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuage-
„ ſimo. Die verò Menſis Februarii Decima tertia.
„ Nos Alexander in Maciejow SAPIEHA, Dei &
„ Apoſtolicæ ſedis gratiâ Epiſcopus Vilnenſis Ad

Majo-

Majorem Dei Optimi Maximi, ejusq; Benedictiſſi- „
mæ Matris gloriam propagandam, ut & Magni- „
fica opera Dei, Matriſq; ejus, dulciſq; Præſidis, am- „
pliſſima clariùs pateant devotis, & ne quid livor „
cuncta carpens audeat calumniari, præſentem „
actum Commiſſionis legitimæ expeditum pro- „
nunciamus; quem Authoritate Noſtra Ordinaria „
unà cum miraculis in illo ſpecificatis approbamus „
& confirmamus, roburq; Authoritatis Noſtræ „
Ordinariæ & firmitatis perpetuæ eidem apponi- „
mus. Hortantes omnes utriuſq; ſexûs Fideles, „
cujuſcunq; ſtatûs & conditionis exiſtant, in Do- „
mino; quatenus quàm devotiſſimè in omnibus ſu- „
is neceſſitatibus tam Spiritualibus, quàm tempora- „
libus ad prædictam Imaginem miraculoſam Bea- „
tiſſimæ Virginis Mariæ, quæ omnibus Miſericor- „
diæ ſinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant „
univerſi, confugiant. In quorum fidem, manum „
noſtram ſubſcripſimus, & ſigillum apponi manda- „
vimus. Datum & Actum Vilnæ, Anno, Menſe, „
die, ut ſuprà. Tandem meritis & honoribus inſignis Alexander SAPIEHA Epiſcopus Vilnenſis æternitatis ingreſſus viam Vilnæ in Palatio Epiſcopali, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo,die vigeſima ſecunda Maji,horâ 6tâ Matutinâ.

THOMAS SAPIEHA Caſtrametator M.D.L. Filius Friderici Succamerarii Volodimirienſis.

Bellatorii Spiritus in Patrum ſuccenſi pectore, non facilè in poſterorum extingvuntur animis: nec grandior Mavortii ardoris flamma, quam Bellonæ mens avida in Prædeceſſoribus excitaverat, ad quemvis præliaris ſortis ſibilum in Filiis extingvitur: ſed velut flabro copioſus ignis, ita acierum & bellorum exorta occaſione, Militaris entheus conſurgit amplior. Illa enim vis, quæ Deceſſorum inſedit Magnanimæ menti, & per bellicoſos diffuſa artus fuerat; dum per venas Natorum eodem Spiritu animatorum ſpargitur, ferventiores non rarò, quia magis per filiales arterias dilatatas commovent, & in Heroam Magnanimitatem attollunt belli rationes. Thomæ SAPIEHA Caſtrorum Magni Ducatus Litvaniæ Metatori, â Proavis & Atavis, Tritavoq; Majoribus ſuis, collatus in prælia Animus, ad exorta ſub illius ætatem bellorum molimina, quantus apparuit? Annales illius ævi referunt. Poſt ſtudia „ „ ille Lublini & Cracoviæ abſoluta, peregrinatus eſt in Ita-

Kojałowicz in mm. ss.

in Italiam, Germaniam, Siciliam, Melitam, Galliam, „ Angliam, poſtquam militaria Tyrocinia in Belgio „ ſub Picolomineo poſuiſſet, conceptum in exotico „ ſolo, inq; præcordiis ſuis ſuccenſum Gradivi fervorem, ad patrium ſolum transtulit; priùs Regiæ „ adlectus Curiæ. Redux quippe in Patriam, Vladiſlai IV Regis obſequiis adhæſit, multiſq; occaſionibus ſervivit bono publico, præſertim in Comitiis. Orto exin Coſatico bello, à morte Vladiſlai „ nullam occaſionem bellicam intermiſit. Ad Pilawce Tribunus Legionis, duxit Haſtatos Volhyniæ „ & ſuo ſumptu centuriam unam Velitum, alteram „ peditum. Cum his, & aliis ſibi commendatis, fortiſſimè Coſacos preſſit, etiam in Caſtra illorum irrumpendo, non ſinè *ingenti* periculo ſuo: cùm & „ equus globo trajectus eſſet, & lamina ferrea humerum protegens gladio diſſecta. Ad Zborow propriis impenſis centum Velites *duxit*, ſimiliter ad „ Bereſteczko: ubi feliciſſimè excurſiones explorandi hoſtis cauſâ, non ſemel fecit, & in conflictu „ SAPIEHANÆ legionis cum hoſte fortiſſimè rem „ egit; bis globo trajectus, bis in Capite vulneratus. „ Ad Zwaniec deniq; juſſu Regio, cum legione SA- „ PIEHANA expeditus, ad Scythicas excurſiones „ reprimendas, cùm rem commiſſam ſeriò agit; vi- „

„ ribus linqui cæpit, ac deinde febri correptus est, „ mortuus ad Biały Kamień. Hæc de illo Kojałowicz. Adlectam sibi habuit vitæ Comitem, è veterrima Montvidorũ Dorohostayscriorũ Familiâ, Sophiam nomine, Vladislai Dorohostayski Incisoris Magni Ducatûs Litvaniæ Filiam, eamq; ad Annum Christi millesimum sexcentesimum quadragesimum septimum per Maritales Manubias in Sociale fœdus sibi assumens præcedentem suis fatis, eodem pene anno secutus est in æternitatis semitam; quam prior ingressa ejus Consors ultima è Gente sua, & Titulos S. R. I. Baronatûs Liberi (qui Dorohostayscriorum erant) & ampliſſima bona ac Comitatum in *Dorohostaje* SAPIEHANÆ Familiæ cessit.

JOANNES SAPIEHA Notarius, tandem Dux Campestris M.D.L. dictus *Fulmen belli.* Filius Friderici Succamerarii Volodimirienſis, 7mus Heres in Kodeń.

Æquales animos cum Fratre suo Thoma SAPIEHA Castrametatore Magni Ducatûs Litvaniæ Joannes è patriâ ac inquilinâ Domui suæ fortitudine, de-

rivans Magnanimæ mentis Heros, inter veteranæ militiæ bellatores, *Prætorianus* dici meruit. Integras Legiones ille propriis impensis in subsidium & obsequium patriæ se ipso Duce, dedicabat. Nullam intermisit belli rationem, cui non adesset. Duplici captivitate á Tartaris detentus, primùm ad *Zołte Wody*, cum Fratre suo Christophoro SAPIEHA Incisore Magni Ducatûs Litvaniæ, Præfecto Oszmianensi, Progenitore nunc superstitis Ladislai SAPIEHA Palatini Brestianensis; dein ad *Taykuros*, bellorum subiit vicissitudinem. *Vincuntur, scilicet, insuper etiam Invicti, & Felicissimi fiunt infelices. Rara est Fortuna, quæ infelicem non sortiatur eventum.* Ejus eliberandi ex hostili ergastulo studium Joannes Casimirus Poloniarum Rex & integra Respublica apposuit in Comitiis anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi tertii: in quibus accepit donum, meritorum intuitu, 14. Millium florenorum, ad lytrum Scythis numerandum. Imò ipse Summus Christianitatis Pater, per Alexandrum SAPIEHA Fratrem ejus, ad illa tempora Romæ commorantem, expòst Episcopum Vilnensem, flagranti desiderio notatos Characteres epistolari instantia ad Regem Poloniarum dedit; ut pro fide Christiana Captivum Heròèm, acceleratâ curâ, studio, ac impensis vindi-

caret. Quanta verò bellandi ratione inſtructus hic celeberrimus Miles fuerat? Joannis Tertii hoc nomine Poloniarum Domini teſtimonium, Regali Authoritate firmatum exprimit. Dicebat ſcilicet hic Monarcha & Mavors Sarmatiæ; quem integra Europa ad Viennenſes Cannas Annibalem adoravit: quidquid peritiæ in heroicis ejus actionibus vidit orbis; id totum eſſe in acceptis Joanni SAPIEHA Notario Campeſtri M.D.L. à quo omnem modũ & bellorum rationem ſe accepiſſe, publica narratione non ſemel profitebatur. Non pridem vigebat adhuc & per recentem memoriam ferebatur, in Veteranis militiæ Bellatoribus, dulcis recordatio eximii ſui Ducis, hujus Joannis SAPIEHA; ſub cujus ſignis bella geſſiſſe, jam magnanimos animos, & Heroam mentem aſſumpſiſſe perinde erat. Addidit acres ſtimulos in hanc bellicoſiſſimam militiam, Exoticorum Regnorum, eorumq́; Martis, peritia. Septem ſcilicet annos in Gallica, totidem in Hiſpana militia, Antepilanus Miles exegit.

JOANNES CASIMIRUS Rex Poloniarum, bellicorum negotiorum ex æquo appretiator, Ducalem clavam Campeſtrem Magni Ducatûs Litvaniæ poſt fata Vincentii Gosiewii ei contulit, atq; in privilegio, quod cum ſummis encomiis extraditum in Ar-

chivo

chivo Domûs SAPIEHANÆ aſſervatur, *Fulmen belli* illum appellat. Concuteretq́; hoc Mavortium telum hoſtiles cervices, & præcipuè confœderatæ militiæ auſum, quæ Ducem ſuum tumultuaria temeritate, ac feritate, probrosè occidit; nî continuata morbi vis per ſesquiannum detinuiſſet. Hac enim diuturnitate ingraveſcentis catarrhi & podagræ afflictus, ulteriores ſpes Patriæ, fato ſuo ad annum Chriſti milleſimum ſexcenteſimum ſexageſimum quartum; ætatis ſuæ ſeptuageſimum quartum præcidit. Depoſitus in Heroum Leopolienſi Sarcophago, Eccleſiâ Religioſorum Divi Franciſci de Obſervantia; qui Religioſi in noſtris Regnis Bernardini dicuntur. Ita in ſuperûm diſpoſitione poſitum fuerat; ut ultimum *fatum, hic* illi morbus adferret; cùm interim ſuperioribus ejus vitæ annis infenſa valetudo, per graviſſimum ſymptoma dictum *Miſerere*, illum excrucians, ſuperſtitem reliquiſſet. In cujus gratiæ obtentæ teſtimonium per gratioſiſſimam Codnenſem Matrem & Protectricem ſuæ Domûs, ſex tabulas ex argento juſtæ magnitudinis, ad Iconem Thaumaturgam obtulit. Nec aliis obſequiis Diviniſſimæ eidem Dei Parenti defuit; Depilatam à Sveticis, Coſaticis, Maſchovitcis, Tartaricis, Hungaricis incurſionibus Eccleſiam, ejus priſtino deco-

ri &

ri & integritati reddens. Quinq; tantùm annis Codnenſi Comitatui Heres præfuit, cùm jus Succeſſionis poſt fata Nepotis ſui ex Fratre Joannis Ferdinandi SAPIEHA Pincernæ Magni Ducatûs Litvaniæ per litigia diſtractum, vix poſt plures annos, in hunc Joannem SAPIEHAM Notarium Campeſtrem, devolutum ſit. Maritale ejus fœdus in Connubiorum ſocietatem adlegit Lectiſſimam Conſortem è nobiliſſima Herburtorum Gente, Filiam Caſtellani Camenecenſis, quæ & Materno Zołkiewiorum ſangvine, cum ſereniſſimo Sobieſciorum ſplendore; & paternis ceris, cum ſublimibus Familiis enitens, decorem ſuum SAPIEHANO inſculpſit propylæo. Herburtorum Illuſtre Nomen per Vladiſlaum Ducem Opolienſium Regno Poloniæ illatum eſt. Qui Caſimiri Magni à Sorore Filius, Maximè dilectus Regi Hungariæ, & Poloniæ, Ludovico; Gubernator ab ipſo Ruſſiæ & poſtmodùm totius Regni, tres Uterinos Fratres Herburthos in Ruſſiâ, Fridericum, Venceſlaum, & Nicolaum, de Sileſia ſeu Moravia à Fulſtin ſecũ conduxit An: milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſecundo: à quibus in Podolia Arx cum oppido Fulſtin fundata. Magni dein ex hac ſtirpe prodiêre, honoribus, & eruditione clari Proceres. Quos inter Valentinus Epi-

Cromerus l. 13. Okolſkitom: 1. fol: 29.

ſcopus

ſcopus Præmiſlienſis in Concilio Tridentino Vir gravis, qui cum duodecim Epiſcopis deſignatus fuit ad colligendos abuſus, per Sacro-Sanctum Concilium abolendos. Joannes Caſtellanus Sanocenſis Præfectus Præmiſlienſis, collegit compendium Chronicæ Polonicæ, Statuta Regni ſcripſit, quibus Polona Nobilitas uteretur. Herburtorum Familiam Nicolaus Gviciardinus ad Vitigindum Principem Saxoniæ refert. Ex hac præcelſorum aboriginum præclarâ Filiâ & Conſorte ſua Herburthia Joannes SAPIEHA eximiam ſuſcepit prolem. Nicolaum Eraclavienſem, Caſimirum Trocenſem, Palatinos, Paulum Epiſcopum Samogitiæ, & Ludovicam Filiam, Conſtantini Ducis Suyſcii Notarii Magni Ducatûs Litvaniæ *tertiam* Conſortem. Magna huic ſoboli ſuæ, fatis ſe concedens elegit Nomina, quibus Tutorum conſignavit Officia. Ultima ſiquidem teſtamenti deſignatione ſcripsit Tutores pupillorum poſt fata ſua; Joannem Sobieſcium protunc Supremum Ducem Exercituum & Supremum Regni Mareſchallum expoſt ejuſdem Regni Monarcham; Staniſlaum Jabłonovium, cui Caſtellani Cracovienſis & Supremi Exercituum Ducis poſthac tradita ſunt Officia; Paulum SAPIEHAM Palatinum Vilnenſem, Praźmovium Cancellarium Regni, alioſq;

W pares

pares Nomini ſuo Dynaſtas, quos Curatores pupillæ prolis ſuæ inſtituit, magnus in ſe, non minor in hac pereximia Progenie ſua, Fundator Carmelitarum in Dorohoſtaje.

NICOLAUS SAPIEHA Palatinus Braclavienſis, Filius Joannis Notarii & Ducis Campeſtris M. D. L.

Primogenitus Joannis Notarii & Ducis Campeſtris Filius; primus in poſſeſſionem Comitatûs in Kodeń venit, donec per exdiviſionem bonorum factam, hereditarium jus ſuper has ditiones in Caſimirum SAPIEHAM Palatinum Trocenſem Fratrem ſuum devolveretur. Auxit decorem Domûs Dei, & inquilinam manſionem Beatiſſimæ Codnenſis, pretioſam ſuppellectilem Eccleſiæ ſuppeditando: ut intra breve traditi ſibi in Codnam Dominii ſpatium, æternam gloriam Eccleſiaſtico recondiderit Sacrario. Per Maritales Connubiorum manubias venit illi in Comitem Vitæ Anna Charlińſcia Enſiferi Volhyniæ Filia; cujus Natales ſuis ſplendoribus innexos hoc præſentat Territorium: ex eaq; *trina* gaudens prole, Joannem, Adamum, & Conſtantiam ſuſce-

ſuſceptos retinuit; verum immaturis fatis decedentes. Cùm enim in primo ætatis flore hi ſurculi in cœleſtes beatæ æternitatis campos tranſportati eſſent; Nicolaus SAPIEHA Palatinus Braclavienſis cætera prole carens, in ſuperſtite nunc etiam celebratiſſimo Nepote, ex Fratre Caſimiro SAPIEHA Palatino Trocenſi, ſcilicet in Joanne Friderico SAPIEHA Caſtellano Trocenſi ad hæc tempora vivit. Cujus antequam, ejuſq; Honoratiſſimi Parentis per paginam celebrabuntur merita; hìc Frater Nicolai, & Caſimiri SAPIEHA, hujus Trocenſis, illius Braclavienſis Palatini, licet minor ætate, ſed major Sacratiori tænia in cultum venit; ſcilicet

PAULUS SAPIEHA Epiſcopus Samogitiæ, Filius Joannis protunc Notarii, & expòſt Ducis Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ.

Qui Præſuleis Alexandri SAPIEHA Epiſcopi Vilnenſis ſplendor affulſit Tiaris, idem à Patruo in Nepotem ſuũ Paulum Epiſcopum Samogitiæ deſcendens, Nomen SAPIEHANUM inter Tiarata Numi-

na ſecundo honore radiare effecit. Secundus ſcilicet Paulus è SAPIEHANA Domo Infulatus Honorius, cùm alii Proceres Domus ſuæ ſæcularibus ſublimati faſcibus, ſæculare brachium ad Reipublicæ clavum agerent, ille conſecratas Deo reddens manus, inter Aras pro ſalute Patriæ præliabur Moyſes. Quanquam nec ipſe Martii Ardoris expers; primùm ſub ſignis Caſimiri SAPIEHA Palatini Vilnenſis Supremi Exercituum Litvaniæ Ducis Patruelis ſui Militem & Colonellum egit: tum demum in Sacram cooptatus Militiam, extra Cruentas Mavortis victimas, Sacratiſſimam, usq; ad Aras Heros litavit hoſtiam. Et quia Lapidarium poſt fata ejus Elogium, eleganti cultu integros progreſſus Vitæ Infulati hujus Dynaſtæ Codnæ exaratum inſinuat; aliiſq; jam libris inſertum circumfertur: quod alii Authores in ſuis voluminibus illud Ego pariter ap-
„ pono. D. O. M. ad hanc metam, ad quam Uni-
„ verſi cadimus infulata Sagitta Illuſtriſſimi Pauli
„ Franciſci Comitis in Kodeń SAPIEHA, DEI &
„ Apoſtolicæ Sedis Gratiâ Epiſcopi Samogitien: Ab-
„ batis Paradiſiens: Sa: Or: Ci: ſtetit: tum antiquiſſi-
„ mæ ſtirpis firmata robore, tum Paſtorali ſuffulta
„ pedo, tum illis, quas apud cunctos conciliaverat,
„ aut nativas traxit, levantibus Gratiis, Natus enim

Joan-

Joanne SAPIEHA Campeſtri Exercituum Litva-„
niæ Duce, Notario protunc Regni, & Conſtan-„
tiâ de Fulſztyn Herburtownâ Caſtellanide Came-„
necenſi, Natâ ex Anna de Zołkiew Succame-„
raride Leopolienſi, Lucæ Zołkiewſki Palatini„
Braclavienſis, & Campi-Ducis Exercituum Regni„
Sororc. Staniſlai verò à Zołkiew Supremi Exer-„
cituum Ducis & Cancellarii in Cecora, cum S.„
Crucis hoſtibus inter certamina ſtrenuè occum-„
bentis, Sereniſſimi Regis Poloniarum Joannis III.„
ex Materna linea Proavi, de Fratre Germano, Ne-„
pte. Credes tamen Viator, quòd non conciderit.„
Ubi tot fulcra, quot ſceptra, clavas, & Curules, pri-„
ma ſuſpicis fronte: Innumera latere exiſtima. Le-„
opoli, pòſt Varſaviæ, primum Juventæ florem di-„
caverat Pallad; ne verò hic flos ſylveſceret; volu-„
it in ſylvas transplantari, Camaldulenſium Cætui„
Vitam ſacraturus. Sed quia & hunc Paulum elegit„
Deus, ad portandum Nomen ſuum coram genti-„
bus; Ideo latere prohibuit: Nihilominùs, quam in-„
colere prohibitus; ſemper ſecum circumtulit ſo-„
litudinem. Italiam, Galliam, Germaniam, Bohemi-„
am, Belgium Adoleſcens peragrando, earun-„
demq; Nationum, Idiomatum peritiam addiſcen-„
do, vocaliſſimam Nominis & morum ubiq; pro-„

meri-

„meritus Apotheosim. Redux in Patriam, ante-
„quam Christi fieret; sub signis Casimiri SAPIE-
„HA Palatini Vilnensis Supremi Exercituum Litva-
„niæ Ducis Patruelis sui, Miles & Colonellus factus:
„sed etiam tunc licèt fortitudine & eximiis in Hun-
„garia Heroicis editis speciminibus, Martem præ-
„seferret; pietate tamen & moderatione animi mi-
„litaturum Christo spirabat Monachum. Redux
„iterum in Patriam, Aulæ Joannis tertii Avunculi
„sui adhæsit. Verè Joannem, quia Singulariſſimum
„in se expertus Gratianum. Tandem Christi Pugil
„ad incruentam litandam Victimam, Grodnæ insti-
„tutus ab Illustrissimo Episcopo Premislienli &
„Cancellario Regni: Varsaviæ verò Neo-Mystam
„comitavêre, Illustrissimus Theodorus Potocki
„nunc Varmiensis Episcopus S.R. I. Princeps, &
„Illustrissimus Bokum modernus Premisslienſis Epi-
„scopus, Regni Pro-Cancellarius, protunc verò Ca-
„nonici Varsavienses: Disponente cælo, ut candi-
„datum ad Tiaras verticem, paria quoq; vincirent
„capita. Facundiâ Sacrâ eadem celebravit Encæ-
„nia, Illustrissimus Popławski Archi-Episcopus Le-
„opolienſis, protunc Livoniæ Præsul. Morem Ec-
„clesiæ gerens, Sacratas, primo Attactu Dei, palmas
„Sereniſſimorum Joannis III. & Mariæ Casimiræ,

Re-

Regum Poloniæ; Nuncii Apostolici, nec non Pro- „
cerum Regni, Legatorumq; ab extraneis nationi- „
bus, imposuit Capitibus. Diviniorem desle Gale- „
num Lechia, qui summorum Capitum Tuorum „
novit mederi doloribus. Primum gradum ad Ec- „
clesiastica fastigia ibidem habuit; ubi nunc ulti- „
mum ad æternitatis fecit Domum. Codnensi vi- „
delicet Ecclesiæ Præpositus, quindecim annis „
præfuit. Mox Varsavienſem, Vilnenſem Cantori- „
as, & Canonicatus, Custodiam Plocen. Scholaste „
rium Sandomirien. adeptus: Dubium tamen an „
ille investigaret has dignitates? an veriùs ab iisdem „
invitus traheretur. Resignatâ Præpositurâ Codnen- „
si moderno Infulato, Religionem Sacram Ciſter- „
cienſem amplexus. Moxq; Principis, & Monacho „
rum suffragiis Abbas Paradisien: efficitur, amæ- „
niorem certè secum invehens Paradisum, quàm „
inveniret. In eo, nisi sibi ipsi dissimilem, quod sub „
tam eximio Præside (si homines imaginaris tanquam „
arbores) sola arbor scientiæ mali penitùs non ha „
beretur. Bernardi nomen assumpsit omninò sibi „
debitum. Quidquid etenim non ab ore tantùm, „
verùm è pectore, & universis promanaret mori- „
bus; mellifluum omnibus videbatur. Supremus „
M. D. L. Secretarius ab Eodem Sereniſſimo crea- „

tus

„tus Principe; nihil profundiori arcano tenuit,
„quàm proprias Virtutes. Quæ tamen conſpicuæ
„omnibus, communi Sancti Præſulis vocabulo ut
„diceretur, meruerunt. Commiſſarii Generalis ſui
„Ordinis munus obeundo annis decem; non priùs,
„nec magis ſe credidit Prælatum, quàm Patrem.
„Epiſcopatus plures oblatos, modeſtè declinavit.
„Honorificentius exiſtimans dignum honore, quam
„Honoratum degere. Et certè effugeret hujusmo-
„di culmina, ſi eum ſola hominum ſuffragia promo-
„viſſent. Sed Arbitrio deſuper, Modeſtia trium-
„phante: Samogitienſi Tiaræ caput ſubdidit. Hinc
„augendis tanto triumpho plauſibus Dominica Pal-
„marum Conſecrationis dies, Divinitùs deſtinata; &
„celebrata Varſaviæ ab Illuſtriſſimo Nuncio Apo-
„ſtolico Hieronimo Grymaldi Anno MDCCXV,
„Aſſiſtentibus, Bartholomæo Tarlo Epiſcopo Po-
;; ſnanienſi, & Chriſtophoro Szembek Epiſcopo Li-
„vonienſi. Credebamus neſcium carpi florem verno
„erupiſſe tempore, cùm vix elapſo ſemeſtri à Con-
„ſecrationis die, Maturum cœlo deprehendens Au-
thumnus rapuit Anno ætatis quinquageſimo nono;
„nobis vindemiam exhibens lachrymarum, vitâ ca-
riſſimi Patris conculcatâ. Injurius tamen ca-
ve ſis! ſi eum non diu regnâſſe cenſes: ſatis diu, ſi

ſatis

ſatis bene, & wixit & regnavit, Anni 1715 imâ O-„
ctobris ſecundos nobis cum optimo Præſule dies„
abſtulit. Obiit Codnæ in ſuburbana Domo: Pla-„
centiæ, quam ædificari curaverat. Perdidiſti no-„
men Placentia, poſtquam placidiſſimum omnibus„
amiſiſti Inquilinum. Sepultus in tumulo Patrum„
in hac Eccleſia, in qua ſacris Divorū lypſanis depo-„
nendis Altare S. Crucis erigi fecit. Dignus, ut„
cujus vita à Sanctorum ne ungve aberat; Exuviæ„
quoq; ab eorundem cultu non longè diſtarent.„
Paradiſienſi Monaſterio plurima contulit beneficia.„
Et dum profuit in hocce degens Paradiſo; pro-„
cul dubio meruit cœleſti non exeſſe. Cogite jam„
parentales lachrymas orphani, hoc amiſſo Patre;„
cujus munificentia toties vos cògegit ad gaudia.„
Lugete Pauperes, Egentiores, veſtro hodie ſepul„
to Emporio: Tu tamen cohibe lachrymas Viator;„
quia poſt hunc Præſulem brevi ipſe lugendus es.„
Suus ex Fratre Nepos hocce ſolamen dolori; pi-„
entiſſimæ verò Patrui animæ, aram potiùs poſuit,„
non tumulum. Hoc compendium Vitæ honora-„
tiſſimi & celebratiſſimi à meritis Pauli SAPIEHA
Epiſcopi Samogitienſis, intra Codnenſia Mauſolæa
lapidario ſtylo inaratum legitur. Quanquam nec
alia illi defuêre encomia, quæ lapis ſepulchralis pau-

ca ſui mole non attigit. Ille enim eximius cultor Diviniſſimæ ad Codnam Matris, intra Miſſarum ſolemnia, quæ protunc agebat ipſe, meruit pulcherrimum & variatis coloribus vultum ejuſdem potentiſſimæ Dominæ ſupra ſolitam Iconis Thaumaturgæ ſpeciem, adumbratum Anno milleſimo ſeptingenteſimo decimoquarto videre; non mediocrem eamq́; expreſſivam ſuæ Sanctitatis Umbram, in variegato decore, quem protunc in gratioſſima Imagine ſuſpexerat, repræſentans. Erga hanc Orbis & ſalutis noſtræ Matrem eâ devotione ferebatur hic ejus à teneris Cliens; ut poſtquam Codnenſis Præpoſitura illi collata fuiſſet, ſua apud Collatorem Fratrem ſuum Caſimirum Palatinum Trocenſem effecit Authoritate, Lampadis perpetuam pro cultu Beatiſſimæ oblationem: velut affectûs ſui & propenſionis perenne teſtimonium. Ipſe etiam in Eccleſia Codnenſi Altare Sacratiſſimæ & Vivificæ Crucis Magnifico cultu erigens, monumentum ſub hac Ara Divorum Lipſanorum poſuit, pretioſumq́; Ornatum & ſuppellectilem Eccleſiæ eidem; ac anathema, ex voto dedicavit.

CASIMIRUS LADISLAUS SAPIEHA Palatinus Trocenſis

cenſis octavus Comes & Heres in Kodeń, Filius Joannis Notarii, & exin Ducis Campeſtris Magni Ducatûs Litvaniæ.

Prototypon Procerum, & ævi noſtri Magnum Dynaſtam ſcripturus, illam maturitatem animi, & Majeſtatem morum in hoc Palæmonio Senatore obſervo; quæ ſit Exemplar & Amuſſis cæterorum, quicunq́; per ſublimia honorum ſcandere nituntur. Eruditio & ſcientia, quanta in illo apparuerit; legere eſt ex Eruditiſſimo Filio, nunc Caſtellano Trocenſi; qui è Paterno fonte & pectore Scientiã hauriens, quantum Torrentem Eloquentiæ in paginas profuderit; non ſinè admiratione animi obſervamus, & pertractamus. Tantum eſt è docto Progenitore naſci: ut ſicut ovum ovo; ita ſuo Parenti ſimillimus procreetur Filius. Et quanquam etiam è Romano Oratore & Oratorum Principe, degener inter Caules prodierit Tulliolus: ex hoc tamen Conſcripto Patre, & inter Senatûs Numina per Legationis Officium ad Neo-Regem è Litvania Mercurio par prodire debuit ad orbis veneratonem, inter libros & volumina à ſe edita, Scientiarum & Eru-

ditionis exemplar. Hinc dum *Viva Bibliotheca* Casimirus SAPIEHA Palatinus Trocensis communi coleretur ore; hanc in suo Castellano Trocensi Bibliothecam legendam orbi proposuit, quæ ad Vaticanum delata solium, Europæ universæ exacuit & expolivit ingenia. Et quia pulchro ligantur fœdere scientia & pietas; Eruditio & Religio; quæ fundamentum & basis est pulchrarum Artium: hinc in cultu Divorum suam ille excoluit mentem; cùm quæstuosissima sit pia in Cœlites Liberalitas, dum Cœlo censum pendit, nunquam est sinè censu. Profusam Decessorum suorum in Aras & Templorum Sacraria Liberalitem, copiosiùs & munificentiùs sparsit in Codnensem Ecclesiam gratiosissimus Collator & Gratianus. Acciderat ad illius tempora sub annum Christi millesimum sexcentesimum octogesimum inter solemnia Sacratissimæ Uno-Trinitati dicata, incendium, quod non exiguam Civitatis absumens partem, etiam Ecclesiam, ipsumq; ejus sinum non modico damno depopulatum est, Thaumaturga Icone, aliisq; tribus Italico opere elaboratis imaginibus in integro, non absq; miraculi specie, reservatis. Incendit hæc flamma Ardentissimos in Cultum Sacrarii animos Casimiri SAPIEHA, Hereditario jure Codnæ Domini, ad reparationis molimima fer-

ven-

ventissimum excitando Zelotem. Ergo festinus ille gratiarum Largitor, Imbricem tecto, turribus laminam, eo decore, in quo nunc cernitur, imposuit; Lipsana Divorum, Numinis ordinante dispositione, adhuc in Woynicensi Ecclesia, ob hostilitatis metum reservata, novo reconditorio, scilicet Cistellis statuaria arte elaboratis, eisq; ad pulchrum decorem auro depictis, imposita, pristinæ Lypsanopoli, hoc est Codnensi Ecclesiæ restituit: Lampadis ardentis perpetuum cultum in hanc induxit Basilicam, cujus nitorem Corde suo tulit Munificus collator. Nondû interim Apicem suæ munificentiæ hìc imposuit. Plura scilicet donorum ejus documenta in Ecclesia Codnensi posthumo tempore spectantur. Videre est ibi Organum magnifico opere positum, pavimentum marmore elaboratum, apparatus Templi in Casulis pretiosos, Reparationem ipsarum fenestrarum in eadem Basilica per fiduciarium jus provisam, Sacrum in quemlibet mensem pro cultu Divi Laurentii destinatum, Inchoatum è muro Mansionariis Sacerdotibus, idq; in sublime provectum domicilium, Crucem Argenteam perraræ magnitudinis, Sarcophagum Decessorum SAPIEHARUM Domûs reparatum: Lypsanothecas Divorum instructas. Sacellum Divo contra incendia Patrono Laurentio erectum,

ectum,

ctum: quæ ſingula Munificentiſſimum Donatorem Caſimirum SAPIEHAM Palatinum Trocenſem loquuntur. Et hæc ſunt Commutativæ cum gratiis Divinis Juſtitiæ dona, quæ cum Superûm beneficiis certabant gratioſo obſequio. Vindicativi verò rigoris, quantus in hoc juſtiſſimo Dynaſta Zelus fuit, ex Infanticidio per commune Judeæ gentis ſcelus perpetrato, colligere copiosè fas eſt. Innovata Judaicæ crudelitatis Anteſignani Herodis intra Codnenſem Urbem ſævitia, ſub annum Chriſti milleſimum ſexcenteſimum nonageſimum Octavum, hâc ſerie ſceleratiſſimi facinoris accidit. Diebus Rogationum inter vernos dies, celebrabatur Proceſſionalis pompa è Parochiali Codnenſi Baſilica, in ædem Sacratiſſimo Paracleto dicatâ; Orationis Sacrâ obiens conſvetudinem. Eidem legi devotus inſiſtens populus, frequens è ſuis domibus ad hanc Sacram Orationẽ aderat: inter quos Timotheus Łukaſzewicz Catharinæ Jachimoviæ Conſors, huic Conventui devoto, cũ ſua conjuge præſens, Domi Filiolum Trimulum Matthiam nomine reliquit. Hic, vel tædio ob Parentum moram, vel potiùs Numinis in martyrium impellentis & ſvaviter trahentis inſtinctu, egrediens Domo, in campum exerravit. Sed ab obvio populo in viam, quæ ad illius domeſticos Lares,

tende-

tendebat reductus è campis; illam viam ſubiit, quæ Breſtiam evocat; in manuſq; Judaicæ crudelitatis, ipſe ultroneus competitor mortis incidit. Deſæviit in hunc tenellum Chriſti Martyrem ſitibunda Sangvinis Chriſtiani rabies; affligens multis vulneribus non dum bene ſolidatos artus; tria vulnera ad aures, viginti vulnera in ſinu poſuit: cervicem integram circumcidit: dextrum oculum effodit: latera ſaucia, calces reſciſſas, pectuſculum ferro cruentum, aures, manus, arterias, ſangvine purpurata, ac cultello fortè terebrata, in campo inter limoſas & ſulcoſas paludes reliquit. Non diu latuit hoc nefandum ſangvinariæ gentis opus; intra paucos dies non ſinè miraculi documento Martyris puelli inventæ exuviæ. Authores, per *inquiſitionis* ſcrutinia, deprehenſi; res ad Hæreditarium Dominum Codnæ Caſimirum Palatinum Trocenſem delata. Ergo Juſtitiæ Obſervantiſſimus hic Arbiter quàm exemplares perpetuis faſtis conſignavit vindicias, diſcant illi, quorum Judiciaria poteſtas paria ſolet diſcriminare ſcelera. Spargebantur communi licitantis & pervertentis Juſtitiam judaicæ perfidiæ more copioſiſſima munera: Offerebantur infaſcinantia animos dona; ut his illectus etiam hic æquiſſimus Arbiter à ſua æquitate decederet, iniquos palpare ſolùm,

non

non jus advertere rigoroſè, permitteret auſus. Verùm nil munera, nil dona ibi efficiunt, ubi Juſtitiæ lex imperat, non corruptela. Poſtquam res judicioſè diſcuſſa ſub Arbitrium ſupremum Ipſius Heredis venit; omni remoto ille donorum illicio, rem ita decidit, ut ipſum Regni Tribunal in ſimili negotio è Codnenſibus actis amuſſim infligendæ pœnæ expòſt receperit. Scilicet Iudaicæ perfidiæ Metropolim lararium eorum funditùs dirui, lucum ex hedera buſtis ſepulchralibus Iudæorum imminens de integro excindi præcepit. Sceleris capita, & principes nefandi operis, ſub Jus Saxonicum Codnenſis Urbis, quod Magdeburgia dicitur, tradidit; cujus tandem edicto; capitali pœna ſceleris capita punita ſunt. Quali ſerie, & quo judiciorum ordine, ac quibus indiciis è Cœlo planè porrectis hæc integra cauſa in examen judiciorium venit? pluribus non pauci pertractant Authores: præcipuè, conſvetâ ſibi, hoc eſt cultiſſimâ phraſi Illuſtriſſimus Joannes SAPIEHA Caſtellanus Trocenſis in Monumentis Antiquitatum Marianarum Beatiſſimæ de Gvadalupe Codnenſis ad notitiam Orbi id propoſuit. Alexander Wyhowſki Epiſcopus Luceoriæ poſt aliquot ſupra denos Annos, à ſe levatas hujus tenelli Martyris Chriſti exuvias, in eminentiori loco poſuit, ut dum

pluribus Divis Tutelaribus, quos maturior Laurea ætatis cælo inſeruit, Codna gaudet: etiã hunc Infantem Divum pro Patrono ſuſcipiat: ad confuſionem Apellarum, ad Tutelam ſui Municipii. Caſimiro verò SAPIEHÆ Palatino Trocenſi, hoc juremerito cedit in gloriæ ſeriem, quòd juſto ſupplicio animadverterit iniquiſſimum & crudeliſſimum in tenellos artus facinus: maluitq; in diruto fano cenſuum ſibi debitorum jacturam pati, quàm impunitos auſus, palpante ſolũ, nec debitè plectentè Injuſtitiâ prætermittere. Non prætermiſit etiam Juſtiſſimum Numen, hanc Sacroſanctam Judicis æquitatem ſpecialibus remunerari gratiis. Præter enim inſignia Palatini honoris, alioſq; illi ſublimes conceſſos titulos: etiam Lectiſſimas Conſortes duas dedit: Primam ex Illuſtriſſima in Litvania Kopciorum Domo, Franciſcam Joannis Caroli, primùm Vice-Pincernæ Magni Ducatûs Litvaniæ, tum Palatini Polocenſis, exin Caſtellani Trocenſis Filiam: qui ducta in Conjugem Strozza Itala Illuſtriſſimâ Mantuanæ nobilitatis Matronâ, de Sangvine Marchionum Strozza, Viduâ Conſorte Alexandri Radivilii Ducis in Nieſwiez Mareſchalli Magni Ducatûs Litvaniæ Supremi: Principem Strozziorum ſangvinem in hanc Lectiſſimam Filiam transfudit, & SAPIEHANIS Communicavit tædis. Su-

blimiſſima namq; Strozziorun Origo cum Ducibus Montisferrati, Marchionibus Caretti, & Gonzagarum, Conſangvineos ducendo nexus; ad Paleologos Orientis Imperatores, & ad ſublimius in cœlis Imperium, hoc eſt affinem Divi Aloyſii ſublimitatem provecta eſt. Hac celſitudine Maternorum Natalium prognata Franciſca Caſtellanis Trocenſis, eam in prolem ſuam, quam de Caſimiro SAPIEHA ſuſcepit, derivavit. Joannem enim Caſtellanum Trocenſem, Nicolaum Capitaneum Mſciilavienſem, qui immaturo fato ante Maritales manubias obiit; Juſtinam Comiti Kraſiccio Caſtellano Halicienſi, Cæciliam Chodkiewicio Capitaneo Vielunenſi elocatam, & Ludovicam, Ordini Divi Benedicti Sacratam Virginem protulit. Altera in Conſortem Caſimiro SAPIEHA Palatino Trocenſi venit Anna è clara meritis & antiquâ Fredronum Proſapiâ Palatini Podoliæ, Filia, primo voto Princeps Czartoryſcia Præfecti Krzemienecenſis Conjunx. Ex qua nullam prolem habuit. Præclarus demum honoribus & Meritorum faſtigio hic Dynaſta, dum mortis ſubit vices; & poſt fata in Filio Joanne Caſtellano Trocenſi vivit, qui Eruditione & faſtis Orbem edocens; inter ſua doctiſſima volumina Patrem etiam facit vivere. Cui talem in ſuis & Codnenſibus Monumentis, uti & di-

lectiſ-

lectiſſimæ ac Electiſſimæ Matri ſuæ poſuit encomiorum Epithomen D. O. M. Aſſurge nomini „ huic familia: Monumentum pie venerare Viator; „ ubi claram Litvaniæ Principum, è ſtirpe Narimun „ di Pinſcenſium Ducis, Jagiellonis Regis Poloniæ, „ Patrui, intueris & recolis propaginem. Hic qui- „ eſcit, tanto de ſangvine Divûm Caſimirus in Du- „ catu Olſzanenſi SAPIEHA, in Kodeń Sacri Roma „ ni Imperii, in Dorohoſtaic, Czarnobyl, Comes „ & Heres Palatinus Trocenſis: ex Joanne Notario „ Campeſtri Regni, proximè ante obitum, Exercitus „ Litvani, poſt Goſievium, Campiduce renunciato; „ & Conſtantiâ Herburtownâ Caſtellanide Camene „ cenſi, Zołkievii Cancellarii & Supremi Exercituum „ Regni Ducis Nepte procreatus. Per Caſimirum „ Poloniæ & Sveciæ Regem è Sacro fonte levatus „ Filius. Friderici Succamerarii Vlodimirienſis „ Nepos, Nicolai Vitebſcenſis Pronepos. Pauli No- „ vogrodenſis Abnepos, Joannis Podlachiæ (Palati- „ norum) Poſtnepos, Simeonis Sunigal Caſtellani „ Trocenſis de Punygailone Narimundovicio Tro- „ cenſi Caſtellano, SAPIEHANI Nominis Autho- „ re (nam primo à Sapientia ex Græco SOPHIA „ dicto) progeniti rectâ Lineâ Trinepos. Wisnio- „ wiecciæ Abnepos, Olſzanenſis, Duciſſarum Litva- „

niæ

„ niæ Pronepos. Michàéli primo ex Patre, totiq; Ja-
„ gillonicæ Domui, Summis Europæ Principibus
„ junctæ; Joanni Tertio ex Matre, Poloniæ Maje-
„ ſtatibus; Romanis Imperatoribus, Regibus, Ele-
„ ctoribus, & Ducibus Cognatus & Affinis. Con-
„ nubia percontaris? Primum cum Franciſca Caro-
„ li Kopeć Caſtellani Trocenſis Filiâ; cujus Mater ex
„ Ducali Proſapia Marchioniſſa de Srozzi; Avia de Du-
„ cibus Montisferrati Marchioniſſa Caretti; Pro-
„ Avia Gonzaga Mantuana, à Paleologis Orientis
„ Imperatoribus oriunda. Hinc affini Divi Aloyſii
„ Gonzagæ Sanctitate terras devinxit Olympo, &
„ iteratos non remotæ proximitatis, cum Supremis
„ Orbis ſceptris, ſuo nomini ligavit nexus: ut mon-
„ ſtraret tam ſublime nihil reperiri, quod non ſit
„ sangvine junctum! & niſi utriuſq; Imperii Deco-
„ ra augendæ gloriæ ſuæ ſuffeciſſe. Reliquit ſuper-
„ ſtitem prolem; Joannem, Nicolaum, Juſtinam, Lu-
„ dovicam, Cæciliam. Alterum ſterile tenuit cum
„ Anna Andreæ Fredro Palatini Podoliæ Filia; Mi-
„ chàélis Ducis in Czartoryſko relicta Viduâ. Ho
„ nores ſciſcitaris? referebat inter Avos Reges, &
„ Duces; numerabat Domi 72. Senatorias Curules;
„ tam in Regno Poloniæ, quàm in Magno Ducatu
„ Litvaniæ occupatas. Recenſebat Præſuleas Infulas!

Mare-

Mareſchalcales Scipiones 12. Undecim Ducales Ex- „
ercituum Clavas. Sex Cancellariæ Sigilla. Plurimas „
Theſauri claves. Cætera Maxima quæq; Anteceſ- „
ſorum Miniſteria, Officia & Gubernia: ut paribus „
meritis illos adæquando; propriis aſcenſibus Fami- „
liam illuſtraret. Peragratis enim exteris nationi- „
bus, acquiſitâ rerum & lingvarum experientiâ (ita; „
ut viva Bibliotheca vocaretur.) Capitaneus Bre „
ſtianenſis, Subdapifer, Dapifer, Theſaurarius Cu- „
riæ M. D. L. Tum ex modeſtia Pro-Cancellariatu „
recuſato; Caſtellanus, dein Palatinus Trocenſis ex- „
titit. Ad Introducendū Neo-Regem, Magnū Lega- „
tum ex Litvania egit. In Comitiis Regni varias fun- „
ctiones obiit. Conſiliis in Toga Lycurgum, for- „
titudine in ſago Alciden, æquitate in moribus ſva- „
vem, temperando dignitatem; rectè publico agno- „
mine Juſtum & Probum ſeſe exhibuit. Virtutes „
ſcrutaris? Compendium omnium, exemplar præci- „
puarum, maturitatem ſingularum, nullam prorſus „
non ad illius invidiam noveris. Pietatem in De „
um? Hæc inter centenas SAPIEHANAS funda- „
tiones, ædes Sacra ſat amplè teſtatur! nam quid- „
quid intra & extra poſt dirum incendium ſuum „
decoris tenet; illius curâ & impenſis exiſtere „
ſcias. Publicam, privatamq; Themidem quam „

San-

„ Sanctè administraverit: vindicata Infantis Christi-
„ ani per Judæos cædes, multorum colli pœna Co-
„ dnæ demonstravit. Considera totum! Origine ma-
„ gnum, Sangvine clarum, connubiis conspicuum,
„ Honoribus amplum, Virtutibus eximium, Famâ,
„ titulis, animo, agnosces Herôém Immortalem.
„ Quod verò mortale possedit; huic humo, sæculis
„ deplorandus pientissimè deposuit. Anno 1703,
„ die 29. Aprilis ætatis 53. Tu qui legis, irascere
„ morti, quòd tanto Viro non pepercerit. Vale, &
„ precare: Requiescat in pace.

Consortis verò CASIMIRI SAPIEHA Palatini Trocensis, quæ Illustri Kopćiorum gente sata, in Mausolæo Codnensi sui reliquit memoriam; hæc legi-
„ tur Sepulchralis Inscriptio D. O. M. Hìc quie-
„ scit Francisca in Wierzchowice SAPIEZYNA, Cati-
„ miri Vladislai SAPIEHA Comitis in Kodeń, Ca-
„ stellani Trocensis Conjunx; Joannis Caroli Kopeć
„ Castellani Trocensis, Brestensis, Caunensis, Jur-
„ borgensis, Capitanei, ex Maria Lucretia Marchi-
„ onissa de Strozzi, Filia: Paterni sangvinis Senatoriis
„ Curulibus & meritis in Patria clarissimo splendore
„ Illustris: Materni Strozziorum decoris summis
„ quibusvis in Europa titulis Insignitorum heres,
„ nobilissimarum in Regno Magnoq; Ducatu Litva-

niæ

niæ Prosapiarum, nexu celebris. Eximiâ in Deum „
pietate, incomparabili in Conjugem amore, clari- „
or Obiit die XIV. Mensis Februarii. Anno Salu- „
tis, MDCXC. ætatis XXXI. Conjugii XII; abi & „
piis manibus quietem apprecare.

JOANNES FRIDERICUS LUCAS in Ducatu Olszanensi SAPIEHA; in Kodeń, S. R. I. in Dorohostaje, Czarnobyl, Comes & Heres Nonus. Castellanus Trocēsis, Capitaneus Brestianensis &c: Filius Casimiri Palatini Trocensis.

Actum ago, dum celebratissimum per volumina Dynastam, hujus paginæ encomio celebrare intendo. Imò grandem fluvium in torrentem concentrare attento, brevi compendio illum enarrare volens, quem profusissima laude ejusdem per orbem sparsi, iiq; elegantissimi, ob Historiæ & Eruditionis speciem loquuntur Libri. Grave est siquidem Tullium

pari

pări eloquentia dicere; quem ſi copioſiſſimo & eloquentiſſimo narraveris cultu; major his omnibus encomiis Laus eſt, ipſe ſibi in ſua Eloquentia Tullius. Ita quamcunq; Elogii Joanni Friderico SAPIEHA Caſtellano Trocenſi appoſuero celſitudinem; jam ille ipſe ſibi hanc poſuit: ſolio Vaticano illam conſecrando Eruditionem, quæ per folia & paginas, in Monumentis Codnenſibus à ſe editis habetur celebratiſſima. Tantum eſt SAPIEHANUM Nomen! ut quod hactenus in cervicibus Patriæ hoſtium inaratum legimus; nunc ab Illuſtriſſimo Caſtellano Trocenſi Eruditorum faſtis inſertum ſpectare liceat. Habuit bellicoſiſſima SAPIEHARUM Domus ſuos Leones, quos Orientalis & Occidentalis à Balthide expavit orbis; Recenſuit Paulos, qui jus gladii in Cervicib9 hoſtiũ ſcribere, pro æquitatis lege ſanxerant. Non defuêre illi, Magni Nomine, Majores Meritis, Maximi Sociato Meritis honore Alexandri. Omnium in Deceſſoribus honorum & collectæ exiſtimationis compendium Joannes Caſtellanus Trocenſis eſt: cui Scientiæ Arcanum, (velut ſua, Cancellario Chriſti, Apocalypſis) recluſum eſt. Quanquam nec Prædeceſſorum Manus etiam in hoc Heröé magno abſq; Armis, nec penna abſq; gladii acumine adſtruitur. Non novit aliter incede-

re

re armis aſveta Pallas, niſi aſſociatam Bellonam habeat, & quæ galeata è Jovis capite Dea prodiit, per ſcuta & galeas, per ferrum & gladios, etiam inter eruditos progreſſus incedere conſvevit. Hic etiã Eruditiſſimus Scientiarum Arbiter ita inſtruxit in paginas pennam; ut ſimul ſuccinctus gladio Heros in acie bellica, Ductor Legionum S. R. M. in triumpho ferre Gradivi ſpolia, pro Gloriæ SAPIEHANÆ incremento poſuerit. Hoc interim in ſublimis encomii pretium venit, quod in Monumentis Codnenſib9 Europæus appretiavit orbis. Maximis gratiis Codnopolitana & SAPIEHANÆ Familiæ in ſuis beneficiis ad Thaumaturgam Iconem gratioſiſſima Mater affulſit: Sed hic gratiarum Splendor, non implevit integræ Europæ *corda & oculos*; quia inter Codnenſes ſolùm ſpargebatur oras. Prodidit hanc Sereniſſimam Lucem, & per paginas ſparſit Joannes SAPIEHA Caſtellanus Trocenſis. Ergo univerſa Europa patenter ſpectat; veneramur univerſi, illum beneficiorum Diviniſſimæ Matris ſplendorem, qui nunquam occumbere novit. Audiebamus ſolùm hactenus Codnenſem Matrem Thaumaturgam, gratias ſuas ſpargere; nec Originem Iconis Sacræ à Temporibus Divi Gregorii Magni, Pontificis Maximi, deductam habuimus: quia id SAPIEHANÆ ſolùm Do-

mui,

mui inter ſua Monumenta notum fuerat, nunc jam integer orbis hoc advertit, quod in Monumentis Marianis patentiſſimè deduxit Eruditiſſimus hic ac vocaliſſimus gratiarum Beatiſſimæ Codnenſis Orator. Legimus de Leone SAPIEHA Palatino Vilnenſi (teſte Kochlevio Judice Terreſtri Breſtianenſi) quòd in Congreſſu Comitiorum hujus Provinciæ, vacante Regio ſolio, ante electionem novi Principis; hanc in ſermone ſuo, ex Hiſtoriis Patriis attulerit, in venerationem Privilegiorum recens acceptorum à Patribus ſuis inſtitutam ſolemnitatem. Cùm Auguſtus primus Poloniarum Monarcha privilegia Magno Ducatui Litvaniæ conſignâſſet; coæquationem Jurium, gratiarum, facultatum, Liberæ gentis tam Regno Poloniæ, quàm huic Principatui communem ſanciens. Duo Radivilii; unus Palatinus Vilnenſis, Dux Exercituum & Cancellarius Magni Ducatûs Litvaniæ, alter Palatinus Trocenſis, pariter Dux Exercituum, ad ſplendorem meridiantis ſolis, & ſub ipſum allucentis diei medium, ſuccenſas faces præferri juſſerant: ipſi verò in Capite privilegia Regia deferentes, ex arce Vilnenſi in forum publicum, ejus Municipii proceſſerunt. Ceremonialis hic honor à Proceribus primæ dignitatis inſtitutus, id univerſæ Provinciæ privilegia ſuſcipienti monſtravit,

vit, quòd exemptiones, & Libertatis prærogativæ, ſint lumen quoddam etiam ab Illuſtriſſimis Nominibus reverentiali cultu & amore obſervandum. Hæc Leo SAPIEHA Palatinus Vilnenſis in ſua allocutione ad Congregatã pro Comitiis Provincialibus Nobilitatẽ. Splendens Sereniſſimo gratiarũ vultu, Electa ut ſol, & dilecta Codnenſi municipio Mater, lucem illam inter Luceoriæ tractus ſuccendit, quæ privilegiarium penè Lumen, quia irrogatas perpetuo beneficio gratias illi indulget oræ. Sereniſſimum hoc Lumen non ab alio, niſi à primæ dignitatis Dynaſta per orbem circumferri debuit. Ergo Palæmoniæ Gentis Procerum Primus, hoc eſt Caſtellanus Trocenſis (quæ dignitas etiam ante *Unionis tempora Senatoria fuerat, ut jam retuli,* & ob hanc rationem cæteris præeminet Palatinis) hic inquam in Palæmonio Senatu Princeps, ſoli Luceoriæ illuceſcentem beneficiorum ſplendorem, coram univerſo tulit orbe; Monumenta Mariano-Codnenſia, ea ſtyli ſublimitate & Majeſtate deſcribens, quæ clariſſimos famoſoſq; ab eruditione Hiſtoricos adæquat, atq; Marianopolim & gratiarum Metropolim, Codnenſem Urbem, Orbi Univerſo per hiſtoriam Thaumaturgæ Iconis, ſpectabilem reddidit. Hic eſt verè Joannes, qui Diviniſſimam Matrem accepit in ſua, Illi labores;

impendia & præcipuã dominii ſui portionẽ, hoc eſt obſequioſum in eius encomia cultum conſecrando; ut planè quod pupillo poſt mortem Salvatoris Joanni à Teſtatore in Terris Numine; idem Caſtellano Trocenſi, gratioſi nominis Heredi, fixis in Sanctiſſimam Matrem mentibus & obtutibus dici arbitremur. *Ecce Mater Tua.* Expertus ille hæc Materna Viſcera, in prima ætate ſua. Cùm enim per incuriam cuſtodum infantiæ ſuæ, glutiviſſet aciculam; ad extrema vitæ redactus non aliundè vitam reſumere potuit, niſi à conſervatrice Vitæ, & Matre ſua MARIA. Delatus enim ad Iconem gratioſam jam agoniſans Infans, prodigioſa vi, viſceribus infixum ejecit ferrum; vitam ab Illa recipiens, Cui vitæ ſuæ impendia conſecraturus erat. Neq; ultima hæc gratia à gratioſiſſima Matre ei collata eſt. Repetito enim correptus calidæ febris ardore, cum gemina vice his ignibus ſuccenderetur, oblatus ad Thaumaturgam Virginem, prout velo Divæ Agathæ Veſuvii flammas Campania, ita protectrice gratiâ Diviniſſimæ Matris febriles ignes Joannes Fridericus SAPIEHA extinxit. Extincta hæc febrilis flamma ſuccenderat in illo affectum ſpecialem erga Sanctiſſimam Matrem. Hinc cultum ejus ad conſecratam Mariano Honori Codnenſem Baſilicam, ſupra Deceſſores ſuos auxit copi-

copioſiùs. Prima Fundamenta Parochiæ Codnenſis poſuit Joannes primus in Kodeń SAPIEHA, Palatinus Podlachiæ; Atavo Major Joannis Friderici Caſtellani Trocenſis. Eadem initia novo ſtabilivit inſcriptionis jure Paulus SAPIEHA, Palatinus Novogrodenſis, Atavus. Diſmembrationem limitum, in commodum Parochialis Eccleſiæ, Nicolaus SAPIEHA Palatinus Vitebſcenſis, Abavus ejuſdem Illuſtriſſimi Caſtellani, innovata lege firmaverat. Alter Nicolaus SAPIEHA primùm Vexillifer M. D. L. exin Caſtellanus Vilnenſis, Proavus ejuſdem Cariſſimi Pronepotis, è muro Eccleſiam & Titulum Præpoſitalem, ac Sacerdotum majorem computum indidit. Joannes SAPIEHA Notarius & expoſt Dux Campeſtris M. D. L. Caſimirus SAPIEHA Palatinus Trocenſis, hic Parens, ille Avus, cæteriq; Majores hujus Joannis Friderici, quantis in rem ſacram abundârint beneficiis, præcedentes paginæ compendioſo id pertractârunt cultu. Verùm poſitæ à ſui Deceſſoribus gratiarũ baſi coronam impoſuit hic Coronator gratiarum Domûs ſuæ Caſtellanus Trocenſis. Nempe jam honoribus ſuis & poſſeſſionibus ſublimi, ac inter primas Luceorienſis Diœceſeos poſitæ Præpoſituræ Codnenſi, Infulam appoſuit; cùm Anno milleſimo ſeptingenteſimo nono à Sede Apoſtolica Infulatum hono-

honorem impetrâſſet; & Anno poſt hunc ſequente, Authoritate Clementis ejus nominis Undecimi Sūmi Pontificis firmatum, cum ampliatis proventibus Præpoſito Codnenſi tradidiſſet. Proſtant documenta juridica hujus erectionis Infulatæ Præpoſituræ in variis voluminibus typo traditis, præcipuè in Monumentis Antiquitatum Mariano-Codnenſium editis ab eodem Illuſtiſſimo, quem nunc deſcribo. Pari etiam gratiarum coronide, erectio fundationis Xenodochii Codnenſis, ob inſtabiles proventus neglecta, per munificentiam hujus gratioſiſſimi Fundatoris, ad perfectum & plenum jus redituum pervenit. Quod Hoſpitale ſub Titulo Sacratiſſimi Spiritûs, à Nicolao SAPIEHA Caſtellano Vilnenſi, Præpoſitum cum inchoatione erectionis hujus accepit. Templum autem huic Præpoſituræ nunc commiſſum, à primo Herede in Kodeń Joanne SAPIEHA Palatino Podlachiæ eſt erectum; & Parocho primùm Codnenſi in Curam traditum; cùm ſucceſſu temporum è muro Codnæ Magnifica extructa eſſet Baſilica à præfato Caſtellano Trocenſi; hæc Eccleſia è muro poſita, Præpoſito & Parocho Codnenſi; illud verò è ligno Templū Præpoſito Xenodochii in curam ceſſit; & certis ac ſtabilibus reditibus ab hoc Joanne Friderico SAPIEHA Caſtellano

Tro-

Trocenſi eſt dotatum; cum impoſita erectionis coronide. Per ejuſdē Fundatoris vigilantiā in rem Sacrā, facta eſt circumſcriptio obligationum per Manſionarios Sacerdotes Codnenſes adimplendarum; & authoritate Loci-Ordinarii Alexandri de Wyhow Wyhowſki roborata, Anno Domini milleſimo, ſeptingenteſimo decimo. Pariter ut animarum cura per doctos & zeloſos Concionatores exerceatur in poſtera luſtra; effecit idē zeloſiſſimus Dynaſta; perenniq; Fundatione ſtabilivit; ut aſſiduus Concionator è Religione Patrum Societatis JESU, & Miſſionarius Codnenſis, iſq; è primariis ſubjectis, ad hoc munus idoneis, per Patrem Provincialam Polonæ Provinciæ deſignatus, ſemper pro commodo Codnenſis oræ foret. Inchoavitq; hoc munus ſibi demandatū Pater Thomas Chotowſki Societatis JESU, inter primos Concionatores celebratus. Plurima hujus Munificentiſſimi Collatoris & Fundatoris in libris leguntur documenta, Eccleſiæ Codneſi per ſuas gratias appoſita: quæ ſigillatim exercere non hujus arctioris paginæ eſt: leget illa, qui volet, in Hiſtoria Codnenſis Beatiſſimæ, à Reverendo Domino Jacobo Walicki Manſionario Altariſta Codnenſi eruditè ſcripta, & Torunii impreſſa; in qua particulares, eæq; ampliſſimæ hujus Gratiani annotantur munificentiæ. Mihi recenſenti hujus

Dy-

Dynaſtæzelũ & cultũ erga Eccleſiam; Honores ejus, brevi, juxta morem, Apotheoſi percurrendi reſtant. Primùm ille Referendarius M. D. L.; tum Minſcenſis; demum Trocenſis, Caſtellanus. Præfecturas ſibi collatas habet Breſtianenſem, Corbiſcenſem, Crolenſem &c: Comes S. R. I. & in Kodeń, à Majoribus ſuis. In Dorohoſtaje, ab Avo Thoma SAPIEHA Caſtrametatore M. D. Lit: Dorohoſtayſciæ Maritalibus manubiis fœderato. In Czarnobyl poſt Lucã SAPIEHA Abavũ ſuũ, Comitiſſæ in Czarnobyl Kmittiæ Conſortẽ hereditario ſucceſſit jure. Connubiales ſi ſpectes thoros! præcelſi illi & Ducales ſunt; qui non ſemel in anteceſſum SAPIEHANO Sociati Nomini; innovato fœdere, iterum Celſiſſimi Ipſi, in hac Celſiſſima comparuêre Proſapia. Scilicet Conſors Joannis Friderici SAPIEHA, Caſtellani Trocenſis, Conſtantia Radivilia, Supremi Cancellarii M. D. Litv: Filia; Palatini Vilnenſis & Pro-Cancellarii Campi-Ducis Exercituum M. D. L. Neptis; Mareſchalli M. D. L. Proneptis, Palatinorum Vilnenſium Abneptis & Trineptis, Principis Sangvinis antiquam affinitatem iterum SAPIEHANÆ Sociavit Celſitudini. Cujus Celſiſſimos Natales aliæ paginæ breviter attigerunt: Patriæ verò hiſtoriæ fuſiùs enarrant: ad quas avidum Lectorem remitto. Jam autem Jo-

annes

annes Fridericus SAPIEHA Caſtellanus Trocenſis ut immortalitatem ſuis tranſcriberet meritis, ſuperſtes ad huc lapidario ſtylo ſepulchralem ſuo nomini inſcripſit characterem, quem ego hîc non apponerem, optans ut immortalem vitam hic Dynaſta degat; qui Majorum ſuorum in ſe implens merita; vitæ præſentis terminos explere non deberet. Verùm, quia hos etiam Maximis Heroibus evitare non eſt conceſſum: poſtquam ſeram longævæ vitæ ſupergreſſus ætatem, etiam hic Heros Bellatorum buſtis illatus fuerit, leget quiſq; Immortale ejus Nomen, qui mortalitatis memor; non ſuis poſteris demandatum reliquit poſthumi obſequii honorem, ſed ipſe ſibi inaratum poſuit Epitaphium; quod ego hic annecto. *Prodigium*, Memnon eram, mu- „
tum, ſine lingva ſaxum. En Marmor exanime vivo. „
Audi Hoſpes. Loquela vitam prodit. Dum lapis „
de pariete ad te clamat. Echo repercuſſa in aure „
ſonat. Inſpirat vocem vivum funus, ut vivæ vocis „
loquar oraculum. Animat in verba Chriſtianæ pie- „
tatis nondum exanimis vox clamantis. Joannes, „
Fridericus, Lucas, Antonius Caſtellanus Trocen- „
ſis, Capitaneus Breſtenſis; Caſimiro in Kodeń Co „
mite SAPIEHA Palatino Trocenſe & Franci- „
ſca Kopciowna Caſtellanide Trocenſi: Anno „

„ MDCLXXX. 18. Octobris primogenitus. Qui contra
„ monſtrum oſſeum, quod in momenta ſpectatur,
„ quotidie expectatum, ut non inopinum veniat.
„ Saxi hujus ſepulchralis jugi memoriâ unicè arma-
„ tus, ſuperſtes in vivis, & nondum incineratus
„ Phœnix. Citra buſtum mortuale vitam cogitans
„ immortalem; ſibi ipſe præmortuus. D. O. M. In
„ luctu & cinere pœnitentium ſolatio; in admira-
„ bili Electorum ſorte Thaumaturgo. Summæ in
„ gloria Sanctorum Majeſtati, ſuiſq; ad ſeram noti-
„ tiam cineribus. Ignarus, quid vehet ſumma dies,
„ & ineluctabile fatum; nec vitæ prodigus ſuæ, nec
„ mori metuens: momenti, à quo pendet æternitas,
„ memor. Hic inter Avos ſupremam præſtolatu-
„ rus quietem, olim ad tubam tremendi Judicii ſur-
„ recturus. Ne ſepulchralis tumulus ſuam ſepeliat
„ memoriam, pia morientium methodo, id vivens
„ poſuit monumentum. Si Marmor hoc elingve
„ durior ſaxo audire nolis. Quot puncta, tot no-
„ viſſimorum diſce hortamenta. Viam æternitatis,
„ tumbam & loculum præ oculis ſemper habe.
„ Fallimur enim, qui mortem procul eſſe putamus.
„ Sagittæ ejus intra nos ſunt: tecum homo; habi-
„ tat, epulatur, colludit. Umbram expectamus in
„ horas, ſine cujus comitatu ſoles non lucent. Pa-

rentanti igitur ſuis ante obitum fatis non mirare. „
Hominem ſe novit. Moriendi neceſſitatem tempe- „
ſtivè prævenit, antequam ut fur veniat. Leniùs „
utiq; telo fatali ferimur, dum prævidemus ventu- „
rum. Mortem cogitanti, bene precare; ut Ultor „
ſcelerum, contrito veniam, Pater Miſerationis, Fi- „
lio prodigo Indulgentiam, Fons omnis pietatis, „
gratiam; Rex ſæculorum felix, quod ſignavit, æ- „
vum; Judex Juſtitiæ, mite Tribunal, è carcere „
corporis ad æthera exitum: Beatæ limen ſalutis; „
perennem poſt fata requiem in Cœlo, largiatur. „
Quòd i in utraq; vita propitium, & Tu Tibi vo- „
ves Numen, ora pro Peccatore maximo. Delicta „
ejus ſupplici expia voto, ſuſpiriis juva, lachrimis „
elue & redime. *Ne opus bonitatis infinitæ perdat* „
iniquitatis reatus. Et Te mors manet præeuntem „
ad fata, ſequeris. Eò imus, quò cuncti. Olim im- „
plorabis, utinam experturus amicorum ſuffragia. „
Pro Officio, quod impendis proximo, talionem „
reddet poſthumus amor. Ita ſperat, qui fluxa „
mundi gaudia ſpernit, ſpe unicâ, omnibus reli- „
ctis Beatus. Leve nil aptum loqui marmor. Moni- „
tori tandem lapidi, & Monumento mentem mo- „
nenti, aurem porrige. Sis pius, atq; tuum finem „
perpende Viator. Nil juvat ambiguâ nectere fa- „

„ta morâ. Vivimus & ſubito morimur, ſed diſce „perinde, ante, mori ſi bene vis, præmoriare Tibi: „vitam nempe compone, tanquam propediem mo„riturus. Mortem contemne, victurus æternum. „Sic mortuus ſemper vives, ſi vivens didiceris mo„ri. Verbo, Benè vive. Sanctè obi, & ſoſpes abi.

CHRISTOPHORUS SAPIEHA Inciſor Magni Ducatûs Litvaniæ; Filio Friderici SAPIEHA, Succamerarii Volodimirienſis.

FRIDERICUS SAPIEHA Succamerarius Volodimirienſis populoſo pignore felix, *inter cæteros* Filios Hunc ſuſcepit Chriſtophorum. Illi fraterno fœdere adlectos, ſuperiores hujus libri recenſuêre paginæ, Inſulatum ſcilicet Vilnenſem, Pauperum Patrem, Alexandrum: Thomam Caſtrametatorem M. D. Litv: Joannem Notarii pennâ, & Militum alis è munere Campeſtris Ducis Inſtructum: nunc demum venit in argumentum Chriſtophorus non mediocrem ferens ſcribendi materiam. Ille eſt, qui pro Patria Miles, & Militum Ductor multa egit ſtrenuè

nuè. Vice-Pincerna primùm, dein Inciſor M. D. L. creatus, optimam illam putabat portionem, Legem Domini, & Regni cuſtodire. Præfecturæ Oſzmianenſis inſuper collatum honorem habuit. Litvano protunc Gradivus orbe ſæviit; exitiales hoſtis minabatur flammas ad *Zolte Wody*. Ille pietate & armis inſignis Miles, ivit ad aquas Contradictionis bellicæ, laudis merito ſuccenſus, vel proprio Sangvine incendia Martis exteri mitigaturus. Gemuit Joannes Notarius Campeſtris M. D. Litv: Frater ejus in vinculis Tartaricæ captivitatis; Caſtorem ſuum hic Pollux ſequutus, inſimul vinculis colla ſubdidit, atq; pro Libertate Patriæ aliquantum detenti; notabiliori ſumma in Libertatem Filiorum ejuſdem Patriæ exiêrunt. Sub Paulo *SAPIEHA* Palatino Vilnenſi fortunatis *auſpiciis* Ductor cohortium Chriſtophorus ad pugnam præibat & Coronas, quem pediſſequi ſequebantur triumphi. Et ne communi mortalibus vitæ termino ſua definiret & concluderet rectefacta, reliquit celebratiſſimum Filiorum Ternionem, quorum magna pars gloriæ, in Ladiſlao SAPIEHA Palatino Breſtianenſi, nunc adhuc ſuperſtite perennat. Adlecta ſibi per Connubiale fœdus Magna habuit Nomina è Korycinſciorum, & Ducum Solomerecciorum Familia: Korycinſciorum genus conſiliis,

armis

armis, ac honoribus fulgentiſſimum, colligatione ad Zaluſcios accedit. Solomerecciorum verò Ducalis Proſapia bellis clara, & præmiis pro rectefactorum quantitate Illuſtris legitur.

LADISLAUS SAPIEHA Comes in Wiſnice Palatinus Breſtianenſis, Filius Chriſtophori Inciſoris Mag: Ducatûs Litv.

Quæcunq; Scriptorum calami conſignârunt librorum tabulis, & ſecuturæ legenda reliquêre poſteritati; non alio propoſito; niſi ut rectefactis, & Virtutum documentis, non diſſimile quidpiam ſvaderent poſteris attentandum: ita ut nonnemo libros dixerit, optimos conſultores, & inſtructores, qui agenda, & vitanda, exponunt. Segniùs nihilominus irritant animos demiſſa per aurem, quàm quæ ſunt oculis ſubjecta: majoris evidentiæ eſt, quod præſens ob oculos ponit ætas, quàm quod ſæculorum traditione noſtras pertingit ad aures. Dum Gentis Danaæ & priſca ſtupemus tempora; celebramus etiam, quem protulit ætas, quâ fruimur; Ladiſlaum ſcilicet SAPIEHA Palatinum Breſtianenſem; cujus præclarum Nomen maximiſq; ſuppar prædi-

catis

catis reſplenduit in heroicis actionibus, quas ille agnato Prædeceſſoribus ſuis, hoc eſt præcelſo, egit animo. Comes in Wiſnice comitem ſibi individuam adlegit ſcientiam & bellicam fortitudinem: Cui, virtutum æſtimatrix & præmiatrix Patria, Breſtianenſes faſces, in anteceſſum verò Inciſoris M. D. Lit. & Capitanei Plocenſis Titulos contulit. In recenti adhuc memoria tenemus geſtam ante aliquot annos Mareſchalli Tribunalitii M. D. L. ſpartham, quâ ita rem egit, ut meritus ſit altera ſorte ad hoc ſupremũ munus promoveri. Adlegit ſibi primo voto in vitæ Sociam, Ludovicam Baroniſſam Goltziam, ſecundo Urſulam Daniloviciam Inciſoris Regni Filiam, per prius Potocciam Palatinam Braclavienſem, magnum & memorabile Nomen; Tertio Chriſtinam è Principum Sanguſzkorum Ducali Domo. Veniunt in coronam laudum coronæ Patris Filii, Carolus, Caſimirus, Ignatius, & Conſtantia Filia prognati è Sanguſcia. Joanna è Daniloviccia, quæ primo fœdere conjugiorum Rajecka, Caſtellani Breſtianenſis Conſors, quantum Sangvinem cum hoc nomine annexuit ſibi & Familiæ ſuæ, patet ex pervetuſta Rajecciorum ſtirpe; quæ Polona Domus, nomen ſumpſit â bonis *Rajec*; originem à *Dunin*; armis utens *Łabędź*; magniſq; Heroibus clara, cum Celeberri-

mis

mis Nominibus affines nexus habuit. Nupero sæculo ex Rachele Rajeccia natus est Constantinus Casimirus Brzostowski, Episopus Vilnensis, Filius Cypriani Brzostowski, primùm Referendarii & Notarii M. D. L. expost Palatini Trocensis, excelsamq; suam Familiam à pari Rajecciorum derivavit fonte. Joanna verò Filia Ladislai SAPIEHA Palatini Brestianensis altero voto Tyszkovia, Vice-Dapifera Brestianensis, etiam ex hoc maritali fœdere adlegit præclarum nomen Celsissimæ Familiæ suæ.

STANISLAUS SAPIEHA Capitaneus Trabensis &c.

Proximus Fraterna Combinatione, nec nominum convenientiâ remotior Stanislaus Capit: Trabensis Ladislao Palatino Brestianensi è Christoporo Incisore M. D. L. Satus, Nomen Patrum & Prædecessorum suorum glorioſum vendicans, quanto illud ampliaverit & illustraverit splendore; patet ex magnis titulis Fratris Palatini Brestianensis, Cui SAPIEHANUM Nomen dat famam & Nobilioris Fortunæ famulatum, dent longam Superi vitam.

ANDREAS SAPIEHA Capitaneus Czerwonogrodensis. Alter hic Frater Ladislai Palatini Brestianensis, ad eundem Fraterno nexu, ad digniſſimum verò

verò Progenitorem suum Christophorum Incisorem M. D. Litv: Filiali relatione pertinet. Nomen sibi Lectissimum associatum habuit in Joanna Chodkievicia Lecta & Electa Consorte sua, cujus sublime Nomen Superioribꝰ expressum paginis, novo etiã fœdere, Celsissimo SAPIEHARUM annexum est Nomini.

CAROLUS SAPIEHA Comes in Wisnice &c: Ladislai Palatini Brestianensis Filius.

Præcelso Progenitori par Filius, & Nominis sui Magnitudine, & Heroico animo, Patrum auget gloriam. Carolus hic *primus* Ladislai Palatini Brestianensis *Filius* ad gloriam Prædecessorum suorum pulchris procedit passibus; quos jam in Martia arena, jam in Palladis Sacrariis, sui Decessores impresserant. Non potuit tanto Nomini, nisi æquale associari decus; scilicet è celeberrima Firlejorum Domo Consortem assumpsit: quæ præclarissima Familia superiùs expressa, & in Annalibus Regni notissima, in Carolo à Meritis & gloria Nominis sui Magno non Minorem gloriam sibi vendicat.

CASIMIRUS SAPIEHA

Comes in Wiſnice, Ladiſlai Palatini Breſtianenſis Filius.

Secundus Ordine Filius Magni Genitoris; primam inter belli negotia aſſumit ſpartham. Sub ſignis enim Illuſtriſſimi Alexandri Pauli SAPIEHA, Supremi Mareſchalli M. D. Lit: Patrui ſui, Ductor Militiæ eos animos gerit, qui bellicoſum Heròëm decent, Anteſignani ſui Ductoris gloriam adornant, & Patriæ expectationi, ac decori Illuſtriſſimi ſui Nominis, reſpondent. Procedent hæc initia pulchrorum progreſſuum, in augem gloriæ; ad quam ſublimis contendit Caſimiri SAPIEHA Celſitudo.

IGNATIUS SAPIEHA Comes in Wiſnice, Ladiſlai *Palatini* Breſtianenſis Filius.

Heres Virtutum, quæ in Deceſſoribus ſuis numerabantur copioſè, pulchra ſpecie in ſe exprimit: ad quantoſq; Honores ſit prognatus, vel hinc patet. Svavis in illo comitas morum; ſubmiſſio non aliena à ſuo præcelſo Nomine; grata in ſingulos propenſio; natus ad ſublimia Animus; Heroum mens imitatrix, pluraq; alia gloriosè præſefert; quæ ad compendium gloriæ SAPIEHANÆ, & terminum Libelli hujus ſufficiunt.

Hæc

Hæc quippe celebratiſſima Nomina Celſiſſimæ SAPIEHANÆ Familiæ ſunt, quæ in compendiorum Genealogicæ Hiſtoriæ argumentum ex Genealogia hujus Præcelſæ Domûs collecta ſunt; quibus illud appono Votum: *Dii Patrii ſervate Domum, ſervate Nepotes*; ſcilicet, ut hæc Domus Divis ſuis Tutelaribus addicta, quorũ honorem in exſtructis multis Eccleſiis, Fundatis Cœnobiis, ac Religioſis Domiciliis, promovit, eorum patrocinio in augmentum gloriæ Divorum, in Commodum Patriæ, conſervetur.

Quia Verò plures aliæ Familiæ Illuſtriſſimo Nomini SAPIEHANO annexæ ſunt (ſcio enim ſublimiſſima Nomina Potocciorum, Denhofforum, Leſzczyńſciorum, Jabłonowſciorum, Naramowſciorum, & *plura* alia *in affinitatem* hujus Nominis veniſſe) monitum volo eſſe Lectorem, quòd ſolùm illa in hoc Libello attigerim; quæ per maritale Conſortium ex ſtipite proceſſerunt; non verò, quæ per ramos ſunt ampliata; hæc enim cũ ſint plurima, grande volumen, non hunc Libellum, impleviſſent. Quorum præcelſas Origines & Magnitudinem in Authoribus expreſſas quisq; reperiet.

Ad M. D. T. O. M. Gloriam.
Sanctorum Domûs SAPIEHANÆ Tutelarium Honorem.

ALPHABETICUS ORDO
Nominum Illuſtriſſimæ Domûs
SAPIEHANÆ.
Ex Progenie Maſcula.

Adamus Sapieha Palatinid. Braclavienſis parte 3. fol. 162.
Alexander Sapieha Palatinid: Smolenſcen: p. 2. f. 8.
Alexander Sapieha Caſtell: Vitebſcen: p. 3. f. 16.
Alexander Sapieha Palatin: Mſciſſlavienſis p. 3 f. 68. & ſeq.
Alexander Sapieha V-Dapifer M. D. L. p. 3. f. 125.
Alexander Sapieha Epiſcopus Vilnen: p. 3. f. 151. & ſeq.
Alex: Paul9 Sapieha Supr: Mareſch: M.D.L. p. 2. f. 88. & ſeq.
Andreas Sapieha Caſtell: Viln: p. 2. f. 28. & ſeq.
Andreas Sapieha Palatin: Mſciſſlav: p. 3. f. 66.
Andreas Sapieha Palatin: Smolenſc: p. 3. f 94. & ſeq.
Andreas Sapieha Capit: Homelen: p. 3. f. 105.
Andreas Sapieha Capit: Czerwonogrod: p. 3. f. 200.
Antoni9 Caſim: Sapieha Capit: Merecen: p. 2. f. 74. & ſeq.
Benedictus Sapieha Supr: Theſau: M.D.L. p. 2. f. 109. & ſeq.
Benedict9 Auguſt9 Sapieha Notarid: M.D.L. p. 2. f. 115.
Bogdanus Sapieha Palat: Minſcen: p. 3. f. 97. & ſeq.
Carolus Sapieha Capitaneid: Uſwiaten: p. 2. f. 26.
Carolus Sapieha Caſtellanid: Viln: p. 2. f. 31.
Carolus Sapieha Palatinid: Breſtianen: p. 3. f. 201.

Caſimi-

Caſimir9 Ladiſl: Sapieha Pal: Trocen: p. 3. f. 171. & ſeq.
Caſim: Leo Sapieha Pro-Cancell: M.D.L. p. 3. f. 53. & ſeq.
Caſimir9 Paul: Sapieha Pal: Viln: &c: p. 2. f. 56. & ſeq.
Caſimirus Sapieha Capit: Nemonoicen: p. 3. f. 109.
Caſimirus Sapieha Capit: Krzepicen: p. 3. f. 143.
Caſimirus Sapieha Capit: Volpen: p. 2. f. 101.
Caſimirus Sapieha Capit: Olkinicen: p. 2. f. 116.
Caſimirus Sapieha Palatinid: Breſtian: p. 3. f. 202.
Chriſtophorus Sapieha Notari9 M.D.L. p. 3. f. 48. & ſeq.
Chriſtophorus Sapieha Pal: Mſciſſlavien: p. 3. f. 71.
Chriſtophorus Sapieha Pocillator M.D.L. p. 3. f. 127.
Chriſtophorus Sapieha Inciſor M.D.L. p. 3. f. 196.
Conſtantinus Sapieha Palatinid: Smolenſc: p. 2. f. 8.
Demetrius Sapieha Palatinid: Podlachiæ p. 3. f. 16.
Dominicus Sapieha Caſtellanid: Kijovien: p. 2. f. 27.
Florianus Sapieha Capit: Zdzitovien: p. 2. f. 26.
Franc: Sapieha Præf: ſtabuli, & Gen: Armament. M. D. L. p. 2. f. 117.
Franciſcus Sapieha Theſaurarid: M.D.L. p. 2. f. 112.
Franciſcus Sapieha Coadjutor Abb. Landen: p. 2. f. 120.
Fridericus Sapieha Pal: Mſciſſlavien: p. 3. f. 78. & ſeq.
Fridericus Sapieha Succam: Volodimir: p. 3. f. 148.
Frider: Joan: Sapieha Pal: Podlachiæ p. 3. f. 13. & ſeq.
Georgius Sapieha Dapifer M.D.L. p. 2. f. 69. & ſeq.
Georgius Sapieha Capit: Vilkovien p. 3. f. 78.

Geor-

Georgius Sapieha Capit: Vilkovien: p.2. f.138.
Gregorius Sapieha Succam: Orſzanen: p.3. f.68.
Ignatius Sapieha Palatinid: Breſtian: p. 3. f. 202.
Joannes Sapieha Pal: Podlachiæ p. 3. f.5. & ſeq.
Joannes Sapieha Capit: Kerſznen: p.2. f.28. & ſeq.
Joannes Sapieha Capit: Drogicinen: p.3. f.20. & ſeq.
Joan Sapieha Notarius, & Dux Campeſtris M. D. Lit: p. 3. f. 156. & ſeq.
Joannes Sapieha Capit: Bobroyſcen: p.2. f.126. & ſeq.
Joannes Sapieha Palatinid: Braclavien: p.3. f.162.
Joannes Sapieha Pal: Vitebſcen: p. 3. f.124.
Joan: Ferd: Sapieha Pincerna M. D. L. p. 3.f.145. & ſeq.
Joan: Frider: Lucas Sapieha Caſtell: Trocen: p. 3. f. 183. & ſeq.
Joan: Petrꝯ Sapieha Capit: Uſwiaten: p. 2. f.19. & ſeq.
Joan: Staniſl: Sapieha Supr: Mareſchallꝯ M. D. L. p. 3. f. 41. & ſeq.
Joſephus Sapieha Theſaurarius Curiæ M. D. Litv. p. 2. f. 133. & ſeq.
Joſephus Sapieha Capit: Gulbinenſis p. 2. f.106.
Ladiſlaus Sapieha Pal: Breſtianen: p. 3. f. 198.
Leo Sapieha Pal: Vilnen: &c. p. 3. f.21. & ſeq.
Leo Sapieha Theſaurarius Curiæ, & Gen: Armam: M. D. L. p. 2. f. 123.
Leo Sapieha Judex Terreſtris Grodnen: p.3. f.17.

Lucas

Lucas Sapieha Comes in Czarnobyl, p. 3 f. 16. & 17.
Michàél Sapieha Palatinid: Vilnen: p.2. f.48.
Michàél Sapieha Palatinid: Podlachiæ p.3. f.10.
Michàél Sapieha Præfectꝯ Stabuli M.D.L. p.2. f.84. & ſeq.
Michàél Sapieha Notarius Campeſtris M.D.L. p.2. f.113.
Michàél Sapieha Capit: Rabſztinen: p.2. f.108.
Nicolaus Sapieha Præfectus Culinæ M.D.L.p.3.f.16. & 17.
Nicolaus Sapieha Notariꝯ Cãpeſtris M.D.L.p.3.f.73. & ſeq.
Nicolaus Sapieha Pal: Novogroden: p. 3. f. 107. & ſeq.
Nicolaus Sapieha Pal: Vitebſcen: p.3. f.112. & ſeq.
Nicolaus Sapieha Caſtell: Vilnen: p. 3. f. 129. & ſeq.
Nicolaus Sapieha Pal: Braclavien: p. 3. f.162.
Nicolaus Sapieha Capit: Mſciſlavien: p. 3. f.178.
Paulus Sapieha Caſtell: Kijovien: p.2. f.12. & ſeq.
Paulus Sapieha Pal: Novogroden: p.3. f.83. & ſeq.
Paulus Sapieha Capit: Zyżmoren: p.3. f.109.
Paulus Sapieha Epiſcopus Samogitiæ p.3. f.163. & ſeq.
Paulus Sapieha Capit: Sokołovienſis p. 2. f. 132.
Paulus Sapieha Notarides M.D.L. p.3. f.82.
Paulꝯ Joan: Sapieha Pal: Vilnen: &c. p.2. f.33. & ſeq.
Paulꝯ Steph: Sapieha Pro-Cancell: M.D.L. p.3.f.101.& ſeq.
Petrus Sapieha Palatinid: Podlachiæ p. 3. f.10.
Petrus Sapieha Capit: Zdzitovien: p.2. f.131.
Samuel Sapieha Comes in Czarnobyl p.3. f.18.
Staniſlaus Sapieha Capit: Trabenſis p.3. f.200.

Thaddæ

Thaddæus Sapieha Theſaurarid: M.D.I. p.2. f.137.
Theodatus Sapieha Pal: Smolenſcen: p.2. f.1. & ſeq.
Theodorus Sapieha Dux in Chrzczonow p.2. f.9.
Thomas Sapieha Palat: Novogrodenſis. p.3. f.108.
Thomas Sapieha Caſtrametator M.D.L. p.3. f.154. & ſeq:

Ex Progenie Fœminea.

Alaxandra Sapieżanka, Conſors Tryznæ Mareſch: Słonim: p. 3. f. 95.
Anna Sapieżanka, Conſors Ducis Prenen: pòſt Sieniawſcii Caſtel: Camenec: p. 3. f. 10.
Anna Sapieżanka, Conſors Frąckievicii Succamerarii Polocenſis, p. 3. f. 21.
Anna Sapieżanka, Conſors Naruſzevicii Referendarii M. D. Lit: p. 3. f. 69.
Anna Sapieżanka Virgo. p. 3. f. 77.
Anna Sapieżanka, Conſors Laſoccii Caſtel: Czerſc:p.3.f.95.
Anna Sapieżanka, Conſors Leſnowolſcii Capit: Branſc: pòſt Pariſſii Caſtel: Lublin: p. 3. f. 109.
Anna Sapieżanka, Conſors Szczucæ Capitanei Wiekſznian: p. 2. f. 72.
Anna Sapieżanka, Conſors Rajeccii Caſtel: Breſtian: pòſt: Tyſzkovii V-Dapif: Breſtian: p. 3. f. 199.
Barbara Sapieżanka, Conſors Wołłovicii Capit: Konavien: p. 3. f. 98.

Barbara Sapieżanka, Conſors Wołłovicii Dapif: M. D. L. p. 3. f. 109.
Baſiliſſa Sapieżanka, Conſors Piaſeccii Præfecti Stabuli M. D. L. p. 3. f. 88.
Benedicta Sapieżanka, Conſors Paccii Notarii M. D. L. p. 2. f. 72.
Bona Sapieżanka Conſors Comitis de Tęczyn Palat: Sendomirien: p. 3. f. 10.
Catharina Sapieżanka, Monialis Ord: D. Baſilii M. p.3.f.10.
Catharina Sapieżanka, Conſors Lubomirii; pòſt Lipſcii Cap: Sądecen: P. 2. f. 51.
Catharina Sapieżanka, Conſors Tryznæ Capit: Vołkovien: p. 3. f. 76.
Catharina Sapieżanka, Monialis Ord: D.Baſilii M. p.3.f. 102.
Catharina Sapieżanka, Conſors Braniccii Pal: Podlachiæ p. 2. f. 66.
Cæcilia Sapieżanka, Conſors Chodkievicii Cap: Wielunenſis p. 3. f. 178.
Chriſtina Sapieżanka, Conſors Paccii V-Dapiferi M. D. Litvan: p. 3. f. 69.
Chriſtina Sapieżanka, Conſors Tyſzkievicii Tiv: Wilnenſis p. 2. f. 72.
Chriſtina Sapieżanka, Conſors Chodkievicii V-Dapiferi M. M. D. Lit: p. 3. f. 102.
Conſtantia Sapieżanka, Conſors Princ: Sanguſzko p.2.f.51.

Conſtantia Sapieżanka, Conſors Szemioti Succamerarii Vilnen: p. 3.f.67.
Conſtantia Sapieżanka, Virgo obiit. p.3.f.162.
Conſtantia Sapieżanka, Palatinis Breſtian: p.3.f. 199.
Eleonora Sapieżanka, Conſors Szyſzkovii Capitanei Lelovienſis. p.3. f.106.
Eliſabeth Sapieżanka, Conſors Kiſzka Pal: Mſciſlav: p.2.f.17.
Eliſabeth Sapieżanka, Monialis Clariſſa p.3.f.67.
Eliſabeth Sapieżanka, Conſors Wołłovicii Caſtellani Novogroden: p.3.f.121.
Eliſabeth Sapieżanka, Conſors Korſakovii, pòſt Kuncevicii Palat: Breſtian: p. 3. f. 77.
Franciſca Sapieżanka, Conſors Comitis S. R. I. de Flemming Præf: Stab: M.D.L. p.2. f. 122.
Helena Sapieżanka, Conſors Woynæ Capitanei Pienianen: p. 3. f.110.
Helena Sapieżanka, Conſors Karpii Succamerarii Bielſcen: p.3.f. 137.
Helena Sapieżanka, Conſors Daniłovicii Capitanei Czervonogrodenſis p.3.f.148.
Joanna Sapieżanka, Conſors Ducis Kurcz p. 3. f. 137.
Iſabella Sapieżanka, Conſors Principis Radivilii p.2.f.31.
Juſtina Sapieżanka, Conſors Kraſiccii Caſtellani Halicienſis p. 3. fol: 178.
Ludovica Sapieżanka, Conſors Ducis Suyſcii p.3.f. 161.

Ludovica Sapieżanka, Monialis Ord: D. Bened: p.3.f.178.
Ludovica Sapieżanka, Conſors Wielopolſcii Capitanei Opoczynen: p.2.fol: 104.
Marianna Sapieżanka, Conſors Ducis Kurcz p.3.f. 21.
Marianna Sapieżanka, Conſors Komorowſcii Succamerarii Vołkoviſcen: p.3. f. 76.
Marianna Sapieżanka, Conſors Korſak Pal: Poloc: p.3.f.88.
Marianna Sapieżanka, Conſors Jasieńſcii Caſtell: Lęczycien: p. 3. fol. 95.
Sophia Sapieżanka, Conſors Principis Sanguſzko p.2.f.17.
Sophia Sapieżanka, Conſors Grudzińſcii Capit: Goluben: p. 2. fol: 51.
Sophia Sapieżanka, Conſors Połubińſcii Pal: Parnav: p.3.f.67.
Sophia Sapieżanka, Conſors Kmitæ Pal: Smolen: p. 3. f.88.
Suſanna Sapieżanka, Conſors, Tyzenhauz Palatini Venden: p.2. fol: 26.
Thella Sapieżanka, Monialis Clariſſa p. 3. f. 88.
Theodora Sapieżanka, Conſors Naruſzevicii Pro-Cancellarii M. D. L. p.2. f.51.
Theodora Sapieżanka, Conſors Leńko Caſtellani Derpaten: p. 3. fol: 21.
Theodora Sapieżanka, Conſors Wołłovicii Caſtellani Vilnenſis p.3. f.88.
Thereſſia Sapieżanka, Conſors Tyſzkievicii; pòſt Druccii Sokolinii Caſtell: Novogrod: p.3. f.137.

Thereſſia Sapieżanka, Monialis Clariſſa, p. 2. f. 52.
N. Sapieżanka, Conſors Tyſzkievicii Pal: Breſtian: p. 3. f. 110

ELENCHUS
Fundationum ab ILLUSTRISSIMA Domo SAPIEHANA factarum.

Alexander Sapieha Palatinus Mſciſlav: Fundavit Oſtrownæ Conventum Ord: Prædic: p. 3. f. 68. & Kojal: in Miſcell.

Andreas Sapieha Capitaneus Homelenſis Fundavit Roſarium in Eccleſia Boćkovienſi p. 3. f. 106.

Benedictus Sapieha Supr: Theſaur: M. D. L. non mediocrem dedit ſumam ad ædificium Baſilicæ Grodnen: PP. Soc: JESU.

Bogdanus Sapieha Palatinus Minſcenſis fundavit Bogdanoviæ Monaſterium Ord. D. Baſilii M. p. 3. f. 98.

Caſimirus Sapieha Capitaneus Krzepicen: fundavit Altariã ad Eccleſiam Codnen: p. 3. f. 144.

Caſimirus Ladiſlaus Sapieha Palat: Trocen: fundavit Domicilium Manſionariorum Codnæ. Ibidem erexit ſacellum Divi Lavrentii. Incendio abſumptam CodnenſemBaſilicam priſtino decori reſtituit. Ibid. p. 3. f. 173.

Caſimir9 Paul9 Sapieha Pal: Viln: Fundavit Vilnæ Relig: SSS. Trinitatis de Redemptione Captivorum. Non me-

diocrẽ dedit ſummã pro ædificio Báſilicæ Grodnenſis PP. Soc: JESU, ibidemq; Iconem B. V. M. veſte ex puro auro ornavit, p. 2. f. 61.

Chriſtoph: Sapieha Pocillator M.D.L. fundavit Wiſnicenſem Præpoſituram p. 3. f. 128.

Fridericus Sapieha Palatinus Mſciſlav: fundavit Grodnæ Conventum Ord: Prædic: p. 3. fol: 79.

Fridericus Sapieha Succamerarius Volodimirien: Fundavit Præpoſituram in Macieiow p. 3. f. 148.

Fridericus Joann: Sapieha Palat: Podlachiæ, in *Bonis Druja* fundavit Parœciam Græci Ritûs p. 3. f. 14.

Caſimirus Leo Sapieha Pro-Cancell: M. D. L. fundavit in Sapieżyn Conventum è muro, S. Fran: Min: de Obſervantia. In Accademia Vilnen: Soc: JESU, Juris Canonici & *Civilis diſciplinam*; cui & Bona *Poczajewicze* cum attinentiis dedit. Eidem Acad: Vilnen: locupletiſſimam Bibliothecam donavit. *Breſtiæ* Baſilicam è muro ſolido, ad ædes PP. Soc: JESU. poſuit. Corpora SS. Fauſtini & Qvirini MM. ab Alex: VII. Summo Pontifice ſibi donata, Eccleſiæ Breſtianen: Soc: JESU donavit. Słonimi Templum Magnificum Canon: Lateranen: D. Auguſtini exſtruxit. Berezæ Baſilicam & Eremitorium Carthuſienſium Magnificentiſſimè erexit. Novogrodeci Conventum Bonorum Fratrum S. Joan: de Deo, fundavit. Zdzięcielii Baſilicam è muro à fundamentis ampliavit. Fundavit Templa Cimkowiciis in

Hor-

Horki, in Czereja, Biesienkoviciis. Ecclesias Græco-Uniti Ritûs propè 20. ædificavit. Siematiciis Officii B. V.M.Cantum (quem curlivum vocant) fundavit. &c: &c: &c: p.3. f. 59. 60. & seq:

Joannes Sapieha Palat: Podlachiæ fundavit Parochiam Codnensem & Boćkoviensem, ampliſq; reditibus dotavit. par: 3. fol: 7.

Joannes Sapieha Capit: Drogicinen: fundavit in Bonis *Czereja* Abbatiam D. Basilii M. p.3. f.14.

Joannes Sapieha Notarius & Dux Campestris M. D. L. fundavit Conventum PP. Carmelitarum in Dorohostaje. par: 3. fol: 162.

Joannes Fridericus Lucas Sapieha Castell. Trocen: à summo Pontifice Clemente XI. Præposituræ Codnensi impetravit honorem Infulæ, proventuſq; ad eandem Infulatam Præposituram auxit. Missionem Codnensem fundavit: p.3. f.191.

Joannes Staniſlaus Sapieha Supr: Mareschall: M. D. L. Słonimi erexit Templum Magnificum. p. 3. f. 45.

Ibid: PP. Franc: de observentia Templum inchoatum, sumptibus suis ad perfectionem deduxit. p.3. f.45.

Leo Sapieha Palat: Viln: fundavit Conventum Carmelitarū de Obſervantia (ut ait Kojał: in Miscell:) ex voto ob insignem Victoriam ex Moscho. Ibidem Conventum S. Franc: Minor: de Observ: providit. Brestiæ Collegium

PP.

PP. Soc: JESU. Item Templa, PP. Ord: S. Franc: Minor: de Observ: Religioſorum D. Aug: & Monialium utriuſq; hujus Ordinis, erexit. Templum & Conv: Monialium Clariſſarum Vilnæ fundavit &c: &c: Templa 24. per Litvaniam fundavit. p.3. f.32. & 33.

Lucas Sapieha Comes in Czarnobyl, fundavit Conventum Ord: Prædic: in Czarnobyl. p.3. f.18.

Nicolaus Sapieha Palat: Vitebscen: auxit Fundationem Ecclesiæ Codnensis &c: p. 3. f. 119.

Nicolaus Sapieha Notarius Campestris M.D.L. Lennæ collapsas fundationes restauravit p.3. f.74.

Nicolaus Sapieha Castell: Vilnen: Codnæ fundavit Ecclesiam è muro, laminâ plumbeâ texit, suppellectiliq; Sacra, & imaginibus magno sumptu appretiatis, exornavit. p.3. f.135.

Paulus Joannes Sapieha Palat: Vilnen: Bielicæ fundavit Conventum Ord: Prædic: p.2. f.46.

Paulus Sapieha Palat: Novogroden: Codnæ fundavit Ecclesiam Græco-Uniti Ritûs, sub Patrocinio D. Michàélis. Idem, in sinu Arcis Codnensis, erexit Básilicam è muro affabrè factam p.3. f.85.

Paulus Steph: Sapieha Pro-Cancell: M. D. L. fundavit Holszanis Relig: S. Franc: Min: Conv: p.3. f.102. Idem Telszis Conventum Ord: S. Franc: Min: de Observantia, erexit. *Kojał: in Miscell.*

Sophia

Sophia Sapieżanka Consors Połubińscii Pal: Parnavien: fundavit Dereczini Conventum PP. Præd. *Kojał: in Miscell.*

In Czereja Monasterium Ord: D. Basilii M. Unitorum, antiquissimæ fundationis Sapiehanæ *Kojał: in Miscell.*

INDEX FAMILIARUM,

Quæ in hoc Libro recensentur.

Austriaca Domus. - - - p. 1. f. 38. 41.
Angliæ Reges. - - - p. 2. f. 97.
Borbonia Domus. p. 1. fol: 37. 42. p. 2. f. 97.
Bavariæ Principes. - - p. 1. f. 38. 47.
Belzenses Duces. - - p. 1. f. 97. p. 3. f. 13.
De Bethune Marchiones. - p. 2. f. 96. & seq.
Boglevigrum Domus. - - - p. 3 f. 107.
Brandeburgici Principes - - - p. 1. f. 47.
Branicciorum Domus. - - p. 2. f. 66. 133.
Brzostowsciorum Domus. - - - p. 3. f. 200.
Burgundiæ Principes. - - p. 1. f. 41.
Caretti Marchiones. - - - p. 3. f. 178.
Chalecciorum Domus. - - p. 3. f. 102.
Charlińsciorum Domus - - p. 3. f. 162.
Chodkieviciorum Domus. p. 2. f. 13. p. 3. f. 9. 47. 68. 87. 102. (201.
Chreptoviciorum Domus. p. 3. f. 162.
Ciliæ Comites. - - p. 1. f. 38.

Dani-

Czartorysciі Principes. p. 1. f. 44. p. 3. f. 95. 178.
Daniłoviciorum Domus. - p. 3. f. 103. 144. 199.
Denhofforum Domus. - - p. 3. f. 203.
Dorohostaysciі Duces. - p. 1. f. 29. p. 3. f. 107. 156.
Druccii Sokolinii Duces. - p. 3. f. 22. 137. & seq.
Dziewałtoviorum Domus. - - p. 2. f. 32.
Firlejorum Domus. - - p. 3. f. 37. 128.
Flandriæ Reges. - - - p. 2. f. 96.
De Flemming Comites S. R. I. p. 2. f. 122.
Franckieviciorum Domus. - p. 3. f. 21.
Fredronum Domus. - - p. 3. f. 178.
Gastoldorum Domus. p. 1. f. 102. p. 3. f. 139.
Giedroycii Duces. - - - p. 1. f. 19.
Glińscii seu Hlińscii Duces. p. 1. f. 101. p. 3. f. 5.
Glogowienses Duces. - - p. 1. f. 38.
De *Goltz* Barones - - - p. 3. f. 199.
Gonzagæ Marchiones. - - p. 3. f. 178.
Grudzińsciorum Domus. - p. 2. f. 51.
Gosieviorum Domus - - p. 2. fol: 66. p. 3. f. 74.
Goslaviorum Domus - - p. 3. f. 103.
Haraburdarum Domus - - p. 3 f. 19.
Hassiæ Principes. - - - p. 1. f. 37.
Haykonum Domus - - p. 3. fol: 98.
Heideisteinorum Domus. p. 2. f. 31.
Herburtorum Domus - p. 3. f. 160.
Hispaniæ Reges. p. 1. f. 41.

Hlebovicii Principes p.1. f.40. p.2.f. 61. p.3. f.8.
Hołowczynii Duces. - - p.3. f.72.
Holſzanenſes Duces. - - p.1. f.19. p.3. f.86.
Horſcii Duces. - - - p.3. f.138.
Hungariæ Reges. - - p.1. f. 36. & ſeq:
Jabłonowſciorum Domus. - - p.3. f.203.
Jagiellonia Domus Regia p.1. f.37. 89. p.3. f.124.
Jasieńſciorum Domus. - - p.3. f.95.
Irzykovicii Duces. - - - p.1. f.40.
Kalinoviorum Domus. - - p.3. f.140.
Karpiorum Domus. - - p.3. f.137.
Kiſzkarum Domus. - - p.2. f.17. & ſeq:
Kmitarum Domus. - - p.3. f.17. 88.
Komoroviorum Domus - p.3. fol: 76.
Kopciorum Domus. - - p.2. f.49. p.3. f.177.
Korczewſciorum Domus. - - p. 3. f. 9.
Koreccii Duces. - - - - p.1. f.45.
Koricińſciorum Domus. - - - p 3. f.197.
Korſakorum Domus. - - - p.3. f.17. 88.
Koſſirſcii Duces. - - p.1. f.45. p.3. f.121.
Koſtkarum Domus. *Dunin in Conc: funeb:*
Kowelſcii Duces. - - p.1. f.45.
Kunceviciorum Domus. p.3. f. 77.
Kurczorum Ducum Familia p.1. f.44. p.3. f.21. 137.
Laſocciorum Domus - p.3. f.95.
Leńkorum Domus. - - p.3. fol: 21.

Leśno-

Leśnovolſciorum Domus - p.3. f.109.
Leſzczyńſciorum Domus - p.3. f.203.
Lignicenſes Duces - - p. 1. fol: 47.
Lipſciorum Domus - - - p.2. fol: 51.
Lotharingiæ Principes. - - - p.2. f. 96.
Lubeccii Duces. - - - p3. fol: 138.
Lubomirii Principes S. R. I. p.2. f.51. 120.
Łukomſcii Duces. - p.2. f.9. & ſeq: p.3. f.22.
Luxemburgi Duces. - p.2. fol: 96.
Maſoviæ Principes - p.1. fol: 41.
Mielecciorum Domus. p. 2. f. 16. p.3. f.47.
Montisferrati Duces - - - p.3. f.178.
Mſciſlavienſes Duces. - - - p.1. f.43.
Naramowſciorum Domus. - - p.3. f.203.
Naruſzewiciorum Domus. - - p.2. f.51. p.3. f.61.
Reges Neapolitani - - - p.1. f.37.
Ogińſcii Duces. - - - - p.2. f.53.
Olechnovicii Duces - - - p. 1. fol:40.
Opalińſciorum Domus. - - p.2. f.130.
Oſtrogii Duces - - - - p.3. f.40.
Ozierecii Duces - - p.3. fol: 138.
Pacorum Domus - - p.2. f.72. p.3. f. 69. 81. 99.
Pariſſiorum Domus - - - p.3. f.109.
Pereoſlavienſes Duces. - - p.3. f.98.
Piaſecciorum Domus. - - - p.3.f.88.
Piaſtorum Regia Domus. p.1. f.36.

Plocenſes Duces. - - - p.1. f.35.
Pociejorum Domus - - p.3. f.79.
Połubinii Duces. - - p.1. f.44. p.2. f.71. p.3. f.67.
Poryccii Duces. - - p.3. f.124.
Pomeraniæ Principes - p.1. f.47.
Portugaliæ Reges. - - p.2. f.97.
Potocciorum Domus. - - p.3 f.199. 203.
Prenenſes Principes. - - p.3. f.10.
Pruſinoviorum Domus - p.3. f.137.
Puzynæ Duces. - - - p.2. f.55.
Radivilii Principes. - p.2 f.18. 31. p.3. f.40. 106. 192.
Radomicciorum Domus. - p. 2. f.139.
Radziejoviorum Domus. - p.2. f.27.
Rajecciorum Domus. - - p.3. f.199.
Romeri Principes. - - p.1. f.38.
Rożyńſcii Principes. - p.1. f.19. 59. 98. p.3. f.141.
Sabaudiæ Duces. - - p.2. f.69.
Sanguſzcii Principes. p.1.f.45.p.2.f.17.p.3.f.14.121.199.
Saxoniæ Principes. - p.1. fol: 47.
Szczukarum Domus. - p.2. fol: 72.
Severiæ Duces. - - p.2. f.2.
Sieniaviorum Domus. - p.3. fol: 10.
Sieſiccii Duces. - - - p.1. fol: 20.
Skaſzeviorum Domus. - p.3. fol:148.
Słucenſes Duces. - - p.1.fol: 44.
Służkarum Domus. - p.2. fol: 66.

So-

Sobieſciorum Domus. - p.3. f.47. 160.
Sołomereccii Duces. - p.3. f.197.
De Strozzi Duces Mantuani p.2. f.49. p.3. f.177.
Reges Sveciæ. - - p.1. fol: 55.
Szuyſcii Duces - - p.3. fol: 161.
Swierſcii Duces. - - p.1. fol: 19.
Szemiotorum Domus. - p.3. fol: 67.
Szymkoviciorum Domus p.3. fol: 67.
Szyſzkoviorum Domus. - p.3. fol: 106.
Tarłonum Domus. - p.2. fol: 111.
Tarnovii Comites. - p.3. fol: 64.
De Tęczyn Comites. - p.3. fol: 10.
Trubeccii Duces. - - p.1. fol:44.
Tryznarum Domus. - p.3.f.76. 95. 99.
Twernenſes Duces - - p.1. f.45.
Tyſzkieviciorum Domus. p.2. f.72. p.3. f.111. 137.
Tyzenhauzorum Domus. p.2. f.26.
De Valſtein Comites - p.2. f.68.
Veſelinii Comites. - - p.3. f.103.
Weyherorum Domus. - p.2. f.24.
Wielopolſciorum Domus. p.2. f.104. 115.
Wiſniowieccii Principes. p.1. f.45. p.3. f.121.
Wodyńſciorum Domus. - p.3. f.47.
Wołłoviciorum Domus. - p.3. f.88. 98. 109. 121.
Woynarum Domus. - - p.3. f.109. 137.
Wyhowſcii S. R. I. Comites. p.2. f.80.

Za-

Zabrzeżyńſcii Duces. - p.1. f.39. p.3. f.14.
Załuſciorum Domus. - - p.3. fol: 198.
In Zaſtaw Principes. - p.1. f.43.
Zawiſzarum Domus.
Zbaraſcii Principes. - p.1. f.45. p.3. f.122.
Zenoviciorum Domus. - p.2. fol: 47.
Zołkieviorum Domus. - p.3. fol: 160.

Errata ſic corrige.

PARTE PRIMA.

Spaitum lege ſpatium f. 17. Pro ſapiam l. Proſapiam f. 21. Lutveri l. Lutuveri f. 28. Lucemburgi l. Luxemburgi f. 37. alias l. alios f. 40. Jawnuta l. Jawnuto f. 43. Połubinciſis l. Połubińſciis f. 44. Wiſnowiecii l. Wiſniowieccii f. 45. Sapiehahum l. Sapieharum f. 59. Narimundovitana l. Narimundoviciana f. 98. Senatoti-as l. Senatorias f. 107.

PARTE SECUNDA.

Litvano l. Litvanorum f. 1. furtunam l. fortunam f. 9. Ducus l. Duces f. 9. Papriæ l. Patriæ f. 40. ex Naruſzevicia præcelſam hanc &c: l. ex Naruſzevicia aliquam, & aliquam ex Siemaſzkowna, præcelſam ſobolem habens &c: f. 53. ad Gratium l. Gratii f. 57. madnitudinem l. magnitudinem f. 89.

PARTE TERTIA.

verò lege verò folio 9. Palatinidam l. Palatinidem f. 10. Romano-lati Ritûs l. Romano-latini Ritûs fol: 12. Majeſtaiis l. Majeſtatis f. 13. quintus l. quartus f. 17. Haramurdarum l. Haraburdarum f. 19. n l. in f. 22. Breńſko l. Brańſko f. 23. præſtinis l. priſtinis f. 24. ex hibuit l. exhibuit f. 62. Propudnator l. Propugnator f. 62. ſuccinta l. ſuccincta f. 63. in curſionibus l. incurſionibus f. 68. Lilia &is l. Lilia & Lis f. 85. Skłovienſis l. Lelovienſis f. 106. Jaſieniecki l. Jaſieniecki f. 109. Smolenſcenſinium l. Smolenſcenſium f. 111. imitat;one l. imitatione f. 116. poſteritas l. poſteritas f. 120. deportate l. deportare f. 132. ſignula l. ſingula f. 132. Codneſi l. Codnenſi f. 135. expugnatio l. expugnatione f. 146. egenarum l. egenorum f. 151. zeloziſſimi l. zeloſiſſimi f. 152. imâ l. ima f. 169. veneratonem l. venerationem f. 171. molimima l. molimina f. 172. Strozza l. Strozzi f. 177. Provincialam l. Provincialem f. 191. ſui l. ſuis f. 189. Codneſi l. Codnenſi f. 191.

INDEX PHILOSOPHICUS

ad Hiſtoriam ILLUSTRISSIMÆ Domûs

SAPIEHANÆ

Munificentiſſimas gratias

ILLUSTRISSIMI Domini Domini

ANTONII CASIMIRI

SAPIEHA

Comitis in Bychow, Zaſtaw, Dąbrowna, Hory, Horki, & Łojow,

Capitanei Merecenſis &c.

Tribunalis M. D. L. Supremi Mareſchalli,

Patroni Colendiſſimi,

&

Laureas Philoſophicas recenſens.

Quando QUOD

QUOD FELIX, FAUSTUM,
FORTUNATUMQUE SIT,
Ad
Majorem DEI ter Optimi, Maximi
Gloriam,
Sub
Fortunatiſſimis Auſpiciis
ILLVSTRISSIMÆ DOMVS
SAPIEHANÆ
Anno Domini MDCCXXIV
horis pomeridianis
In Alma Univerſitate Vilnenſi Soc: JESU,
Academicus actus celebrabitur.
In quo
Illuſtres, Reverendi, Magnifici, Nobiles ac
Eruditi Domini Tranſnaturalis
Philoſophiæ & Ethices
Auditores,
AA. LL. & Philoſophiæ Baccalaurei
ad

ad Supremam AA. LL. & Philoſophiæ laureã
promovebuntur.
Illuſtris E. R. D. CASIMIRUS HALICKI Prælatus olim Domeſticus Illuſtriſſimi Vilnenſis Epiſcopi.
E. R. D. STEPHANUS ZYWIŁŁO Canonicus Regularis BB. MM. de pœnitentia.
V. F. TEOPHILUS JĘTKIEWICZ Ord: D. Baſilii Magni, SSmi Domini Noſtri Alumnus.
E. R. D. STEPHANUS TURCZYNOWICZ SSmi Domini Noſtri Alumnus.
V. F. JASON LIPSKI Ord: D. Baſilii Magni SSmi D. Noſtri Alumnus.
E. G. D. LADISLAUS MACZUK.
Illuſtris E. M. D. GEORGIUS SKIRIATT Theſaurarides Vilkomirienſis.
E. G. D. JOANNES CHODZKIEWICZ.

E.

E. R. D. CYRIACUS THADDÆUS
REFKOWSKI Canonicus Regularis
BB. MM. de pœnitentia.

Promotore R. P. ANTONIO MISZTOŁT Societatis IESV, AA. LL. & Philoſophiæ Doctore, in Alma Vniverſitate & Academia Vilnenſi Metaphyſices & Ethices Profeſſore; nec non Philoſophicæ Facultatis Seniore.

(40) 180,-